

einstellen

g
w

FIDES CATHOLICA
DE
**MYSTERIO SS.
TRINITATIS;
SIVE TRIVM PERSONARVM
DIVINARVM IN VNO DEO,**
*Ex utroque Testamento, tam Vetere quam Novo,
Luculenter ac firmiter demonstrata,
Nec non*
*Ex omnibus seculis primitivæ Christianæ Ecclesiæ
comprobata,*
ut &
Ab omnivariis hostibus vindicata.
Quam
Auxiliante DEO,
In Solenni Disputatione,
PRÆSIDE

PAVLO ROBERO S. THEOL.

D. & P.P. Pastore & Superint. Witteb. Consistor. Eccl. Asses.
ac Facult. Theol. hodiè Decano, &c.
ex sententiâ & sub moderatione PRO DECANI,

PRO LICENTIA

Supremos in Theologia honores gradumque DOCTORIS
impetrandi & consequendi,
publicè proponit, defendetq.

M. JOHANNES ANDREAS QUENSTEDT,
Quedl. S.S. Theol. Professor Extraordinarius & Col-
legii Philos. Adjunctus
In Auditorio Majori THEOLOGORUM,
ad d. 16. & 17. Jauuarii, An. 1650. horis antemeridianis.

WITTEBERGÆ

Typis Johannis Röhneri Acad. Typogr. An. 1702.

FIDES CATHOLICA

MYSTERO 22.
TRINITATIS;

SIB TRINUM PER SONAM

DIVINARVM IN UNO DICO

Ex misericordia et dilectione tua etiam scimus quoniam Vnde

Propter hoc trinitatem dicitur deus unus

Vnde

Ex operibus legumque biblicarum Christus Eccliesie

compositus

Ad omnesque nationes dividitur

Ad fiduciam

Ad fiduciam

In fiduciam

In fiduciam

In fiduciam

PAULO ROMERO & THEO

D. 24.6.1. Iohannes 20.22. Quodcumque dicitis ad alios

Quodcumque dicitis illis dico vobis.

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

W. JOHANNES ALBERTUS CONSTITUTUS

Q. 11.8.2. T. loco proposito. Ex hoc tempore fuit ergo

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

Ex quo dicitur ad alios ad alios ad alios ad alios ad alios

T. apiae Iohanniss Reginam Actas. E. quodam Aut. 15.2.





Thef. I.

Hecclesiæ magnò consensu apud nos docent, decretum Nicenæ Synodi, de unitate Essentiaæ Divinæ, & de tribus personis, verum & sine ullâ dubitatione credendum esse. Videlicet, quod sit una Essentia divina, quæ & appellatur, & est Deus æternus & tamen tres sint personæ, ejusdem essentiæ & potentiarum & coæternarum, Pater, Filius & Spiritus Sanctus. Et nomine Personæ, utuntur eâ significative, quæ usi sunt in hac causâ Scriptores Ecclesiastici, ut significet non partem aut qualitatem in alio, sed quod propriè subsistit. *Et hic primus Augustana Confessionis articulus est.* Quem Apologia ejusdem porrò declarat, confirmatque, nec non addit, atq[ue] sancte contestatur: Hunc articulum semper docuimus & defendimus & sentimus eum habere certa & firma testimonia in Scripturis Sanctis, quæ labefactari non queant. Et constanter affirmamus aliter sentientes, extra Ecclesiam Christi, & Idololatras esse, & Deum contumeliâ afficere.

*Augustana
Confessio de
mysterio SS.
Trinitatis.*

Thef. II. Sanctissima & religiosissima ea nostrarum Ecclesiarum Doctrina est, atque Confessio publica constantissima. Quam ut nos hodieque inviolatam tenemus, sinceroque corde ac ore constanter profitemur, prout in Oecumenico Concilio primo Niceno confirmata, & teste Athanas. Orat. 1. adversus Arianos pag. 109. ab universi orbi confilio promulgata est, sic firmiter statuimus, eam fidem

2 Mysterium S. Trinitatis

verè catholicam, omnibusque salvandis necessariam esse.
De qua S. Athanasius in suo Symbolo verè ac graviter
pronuntiat: *Fides Catholica hæc est, ut unum Deum in Tri-
nitate, & Trinitatem in Unitate veneremur. Neque confun-
dentes Personas, neque Substantiam separantes. Alia est enim
Persona Patris, alia Filii, alia Spiritus S. sed Patris, & Filii
& Spiritus S. una est Divinitas, equalis gloria, coetera Ma-
jestas.* Ita nim. unum Deum agnoscamus & celebremus
oportet, ut & distinctè credamus in Deum Patrem, Crea-
torem omnium, in Deum filium, Christum Jesum, Redemptorem
nostrum, & in Deum Spiritum S. Dominum vivificantem,
qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui
locutus est per Prophetas. Hæc, inquit Athanasius, verè
Catholica fides est, quam nisi quisque fideliter firmiterque
crederit, salvus esse non poterit.

Thes. III. Notanter & signanter dicitur *Catholica fides*,
non determinatè aut restrictè sic dicitur quoad poste-
riora secula, aut juxta certum statum Ecclesiæ, sive respe-
ctu N. Testamenti tantum, sicuti nec vi nominis adstricta
est loco & tempori, sed absolutè ac simpliciter talis est,
tum per se & ratione divinæ revelationis, tum ex scopo,
mente ac intentione Niceni Concilii, nec non ex senten-
tia Symboli Athanasiani. Quod ut de reliquis fidei capi-
tibus in Symbolo Niceno, utpote; *credo Ecclesiam Catho-
licam, expecto resurrectionem mortuorum, vitam venturi
seculi &c.* & de singulis in Athanasiano, quoad substantiam
dogmatum, sive materialiter, ut loquuntur alii, expressis,
evidenter constat, sic in universum de fide Trinitatis
Personarum Divinarum, quoad eandem dogmatis sub-
stantiam, simpliciter negari non potest. Primò enim

de

Quomodo
Catholica
dicatur.

de vero Deo, Patre, Creatore universi, res expedita est atque extra omnem controversiam posita, ut tum erat olim in causa Arii heretici, sic etiamnum, vel saltem in sensu diviso, constat satis. Omnes enim confitentur, Deum Patrem, qui verus Pater omnium est. *Mal. II. v. 10. Deuter. XXXII. v. 6.* esse verum aeternum Deum, Creatorem cœli & terræ, in quem fideles omnes *V. T.* semper crediderunt, eumque firmâ fide adorâvint, ut Melchisedech *Gen. XIV. v. 19.* Abraham ibidem *v. 22. cap. XXIV. v. 7.* quem Patrem suum venerantur *Esa. LXIII. v. 16.* Sic verum Deum agnoverit Hiskias *II. Regum XIX. v. 15. Esa. XXXVII. v. 16.* (*de quo inau. erat non pauca Rex Hiram Tyrius II. Par. II. v. 12.*) Nehemias *cap. IX. v. 6.* Jeremias *cap. XXXII. v. 17.* nec alium verum Deum præter Creatorem cœli & terræ agnoverunt. *Jer. X. v. 11.* Unde Propheta Jonas *cap. I. v. 9.* ait, Hebreus sum, & Jeliōvai Deum cœli timeo, qui fecit mare & aridam. Ita constanter orat, Deumque continuo colit tota Ecclesia Israëlitica *Psal. CXXI. v. 1. 2.* Christus ipse *Mattb. XI. v. 25.* Apostoli, omnes fideles in N. T. *Aet. V. v. 24.* Paulus *Aet. XVII. v. 24.* Universus deniq; chorus beatorum in cœlis *Apoc. XIV. v. 7.* Sic & nostrum adjutorium est in nomine Jeliōvæ, qui fecit cœlum & terram. *Ps. CXXIV. v. 9.* Hæc, inquam, sine omni dubio absolute Catholica fides est, quam firmiter credere tenentur omnes.

Fides de Deo
Patre.

Theor. IV. Sed & idem de Christo Redemptore pariter statuimus oportet, quod nempe in eum identidem, *ceu verum Deum*, crediderint omnes fideles tam *V.* quam Novi Testamenti. Præterquam enim, quod ipsum, *ceu mundi*

A 3. Con-

ser-

Fides de
Christo Re-
demtore
mundi.

Mysterium S. Trinitatis

Conditorem (quod nec ipse Arius simpliciter negare ausus fuit) coluerint, omnes quotquot ab initio mundi fuere fideles in Ecclesia Dei, optimè noscentes illud Verbum Domini, quò creata sunt omnia *Psal. XXXIII. v. 6.* Et sapientiam illam æternam creatricem universi *Prov. VIII. v. 22. 23. &c seqq.* Nec non Dominum illum, qui terram fundaverat & caelos formaverat *Psal. CII. v. 26.* Ut idipsum S. Athanas. ab initio statim suorum operum contra *Judeos pag. 33. 34.* è dictis locis, nec non ex *Gen. I. v. 26.* facimus hominem ad *Imaginem nostram* luculenter afferit, ac copiosè adstruit, nec non legere licet in universa antiquitate Ecclesiæ Christ. apud Ignatium in Epistol. apud Justin. Martyr. in dialog. cum Tryphone, Ireneum in libris advers. heres, Tertullian. in libr. contr. Prax. Clement. Alex. in Pedagog. Cyprian. contra Judeos, alibiq., Gregor. Nazianzen. Epiphani. &c. Omnidè agnoverunt ex revelatione divina & primâ promissione in Paradiso facta. *Gen. III. v. 15.* Messiam sive Christum fore universi generis humani Redemptorem, Restauratorem & Salvatorem, per quem omnia mala per lapsum Protoplastorum introducta tollantur, omniaque bona amissa restituantur, adeò ut in eo rursus benedicendæ sint omnes gentes. *Gen. XXIX. v. 18. cap. XXII. v. 18. &c.* de quo Moses testatur, quod in eo habeamus vitam æternam, attestante ipso Domino *Job. V. v. 39. 40. 46.* Cui omnes Prophetæ testimonium perhibent, quod in nomine ejus habeant remissionem peccatorum omnes, qui credunt in eum *Act. X. v. 43.* nec non ab omnibus per ipsum absolvantur & justificentur, à quibus per legem Mosis non poterant absolvi aut justificari *Act. XIII. v. 38. 39.* Qui tollat prævaricationem, consummet

ex utroq; Testamento assertum.

met peccata , expiat iniquitatem , reducat justitiam , &c.
Dan. IX. 24. per quem salventur omnes , quotque salvantur.
Deut. XXXIII. v. 29, *Osea I. v. 7.* propter quem preces exaudiantur. *Dan. IX. v. 17.* Quem propterea magno desiderio expectarunt , magnaqua fiducia in eum sperarunt , ut Eva , prima mater omnium viventium. *Gen. IV. v. 1.* Abel , Enoch. *Heb. XI. v. 4. 5.* pius ille Lamech , Pater Noachi , *Gen. V. v. 29* Abraham *Gen. XV. v. 6.* & seqq. *Rom. IV. v. 10.* *Johan. VII. v. 56.* Jacobus *Gen. XLIX. v. 18.* Moses *Ebr. XI. v. 23. 25.* Omnes Reges & Prophetæ *Luc. X. v. 23.* Omnes sancti & fideles *Act. XXVI. v. 7.* usque ad initium N. Testamenti , non secusac Senior Simeon *Luc. II. v. 25.* Hanna & pii quique *v. 37. 38.* Sicque incidentes omnes in omnibus Dei ducantur *Luc. I. v. 6.* uti & olim coram Deo ambulaverat Enoch *Gen. V. v. 24.* Noachus *Gen. VI. v. 9.* Abrahamus *Gen. XVII. v. 1.* puta in fidè promissi seminis , quæ foedere confirmatur *ibid. v. 7. &c.* Hinc sunt ista suspiria sanctorum : quis dabit ex Sion salutare Israël ? cum averterit Dominus captivitatem plebis suæ exultabit Jacob , & latabitur Israël *Psalm. XIV. v. ult.* Quo etiam referri solet , quod Ecclesia Latina frequenter canit : In suis sacris : *Rorate cœli desuper , & cœli stillent justum aperiatur terra & germinet Salvatorem , & Justitia oriatur simul , ex Esa. XLV. v. 8.* quin & illud non incommodè huc advocatur , quum Israëlitæ suspirant : *utinam disrumperes cœlos ac descenderes Esa. LXIV. v. 1.*

Thef. V. Quis verò est iste , qnem tam anxie desiderant ? in quem tam immortā spe ac fiduciā sperarunt ? Non utique nudus homo , qui nec remidere ullam animam , nec salvere potest *Psal. XLIX. v. 9.* Quin maledictus



Christus Verus Deus.

dictus, qui homini confidit, & ponit carnem brachium suum *Jer. XVII. v. 6.* Non Rex terrenus, non angelus creatus, de quo nulla facta erat promissio, sed *Iehova verus, natura Deus, aeternus aeterni Dei Patris filius, Rex in Sion,* cui serviant omnes Reges & Judices terræ *Psal. II. v. 6. 7. 11. 12.* (ut raceam hac vice alia, quæ ex Mose aliisque prioribus oraculis divinis pro adstruenda vera & aeterna Christi Redemptoris Deitate, vel etiam ex *Jobo cap. XIX. v. 25.* proferri possent, nec non alibi abunde producta fuere, adeoque nunc ex Psalmis saltem & posterioribus Prophetis quadam delibem.) *de quo Rege in Sion clare dicitur, quod sit Iehova, qui est Dominus omnium gentium,* cui omnes confidunt, quodque in eo, vera fide apprehenso, habeant salutem. Signanter dicitur, quod *sit Filius Dei, a Deo genitus ab aeterno.* Nulla enim in Deo est differentia, vel ulla immutatio temporis. Rectè monet B. Lutherus in operationibus super *Psal. II.* quod sancti Patres vigilanter & dignè interpretati sunt, *hodie genui te,* id est in aeternitate. Additq; *unusquisque per se observabit, quod verba Patris exprimunt unigenitum Filium.* *Dixit, inquit, ad me scil. unus, non ad multos, Filius meus tu unicus, siue dubio tam singularibus notis insignem illum praeter easteris Filium significans, de quo *Psal. LXXXIX. v. 6.* Qui similis erit Deo in filiis Dei? quasi dicat, *Multi filii Dei?* sed inter eos unus, qui Deus est, quis huic similis? Item, *Ego genui te, Solus Solum &c.* Attende igitur, quod Christus prædicatur aeternus Dei Filius. Hoc utique evidentissimum & firmissimum testimonium est de Divinitate Christi, ut vel inde omnes Judæi statuerint, & doctrina Ecclesiæ Israëliticæ fuerit famosissima, *Christum esse verum Dei filium,* sicut animadvertere*

eufib

vertere insuper licet ex eo, quin propterea Jesum Nazarenum in crucem egerint, quia se Filium Dei, hoc est, Messiani exspectatum appellaverit. Nos, inquit, legem habemus, & secundum legem nostram debet mori, quia seipsum Filium Dei fecit. Job. XIX. v. 7. Ut bene observat D. Gesnerus in Commentario super Psal. II. Profecto, inquit, in hisce verbis, ego hodiè genui te, Filius meus es tu, totum Evangelium & Novum Testamentum, omnesq; de Christo Prophetie continentur, que nihil aliud tradunt, quam Christum esse verum & naturalem Dei Filium: ita Paulus I. Cor. I. v. 23. dicit: Prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, Græcis autem stultitiam: ipsi autem vocatis Judæis & Græcis Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Et si totum Evangelium Johannis evolvas, aliud non repieres, quam quod hoc unicum Christus inculcat, se esse verum filium Dei, unde etiam bac unicata tandem & principalis causa à Judeis profertur, propter quam in crucem agi debeat, quod filium Dei sese appellaverit. Hæc B. Gesnerus d. l. Porro recte pieq; scribit Johannes Arndt, Generalis quondam Superintendens Lunæburgensis & Past. Cellensis in Concion. super Psalm. II. Dñs ist Gottes Decret und Schluß/ welcher in der Christenheit erschallen soll/ daß Christus Gottes Sohn ist/ darauf ist unsere Seligkeit und die Kirche gegründet Matth. XVI. Diesen Ausspruch hat Gott vom Himmel herab ausgeredet; Dñs ist mein lieber Sohn. Da seien Euer Liebe/ wie diese Weissagung erfüllt/ und dñs Zeugniß vom Himmel erschollen ist: daß Christus Gottes Sohn ist/ Hebr. I. Zu welchem Engel hat Gott jemahls gesagt/ du bist mein Sohn/ sehe dich zu meiner Rechten Mich. am V. Welches Ausgang ist von Ewigkeit her/ Hebr. am XIII. Jesus Christus gestern und heut/ und derselbe in alle Ewigkeit. Ist das nicht ein grosser Trost.

B

dñs

dass uns Gott seinen Sohn zum Könige gesetzt hat; und keinen Engel / oder sonst eine Creatur / so muß ja Gott die Menschen lieb haben / weil Er ihnen so einen herrlichen König gegeben hat / und so ein tröstlich Reich welches steht in Gnade / Vergebung der Sünden / Gerechtigkeit / Friede und Freude im Heiligen Geist / zum Römmern am XIV. Capitel. Dīs Decret hat Christus selbst geprediget Joh. am III. und am VIII. und durch die Apostel in aller Welt predigen lassen. Das ist das wunderliche Decret Gottes / der Vernunft unbekannt / dass unser König / ob er wohl ein Mensch / so ist er doch auch wahrer Gott.

*Divinitas
Christi ex
Psalnis de-
monstratur.*

Thef. VI. Et hæc ista fides Catholica est de Christo vero Deo, quæ in Psalmis Davidicis passim graviterque inculcatur. Videlicet Christus est Jehova, Pastor noster, qui animam convertit & pascit ducitque per semitas iustitiae *Psal. XXIII. v. 1.* qui brachio suo congregat agnos, & in sinu suo portat *Esa. XL. v. 10. 11.* qui requiri oves suas à pravis pastoribus, & pascet eas in montibus Israël *Ezech. XXXIV. v. 8. 10. 11. 12. & seq. cap. XXXVII. v. 22. 24.* Christus est Rex gloria, Jehova Zebaoth, potens & fortis in prælio *Psf. XXIV. v. 7. 8. 9. 10.* qui est Rex unicus David in medio Ecclesie. *Ezech. XXXVII. v. 22.* & dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos terræ, coram eo procident habitatores deserti, & inimici ejus terram lingent. Reges maris & insularum munus affarent: reges Seba Arabicæ & Seba Æthiopicæ munus offerent, & incurvabunt se ei omnes reges, omnes gentes servient ei *Psf. LXXII. v. 8. 9. 10.* ponet inimicos suos scabellum pedum suorum, & dominabitur in medio inimicorum *Psf. CX. v. 1. 2.* Commixuet consummabitque omnia regna mundi, regnum verò ejus in æternum non corruptetur, *Dan. II. v. 44.* Christus est Messias sempiternus, de quo dicitur

citur *Ps. LXXII.* quod semper sit adorandus: *fuit nomen ejus semper, ante solem manebit nomen ejus, & benedicentur in eo omnes gentes.* Item timebunt eum, donec erit Sol & Luna. Adoratio, inquit Chemnit. in Loc. Theol. de Filio Dei pag. 50. arguit divinitatem. Certum est enim dici de perpetua adoratione, quā invocatur Messias, etiam non conspectus oculis, nec dicitur tantum de gestu, quo præsentibus Regibus honos tribuitur. Describitur ibidem & æternitas: *Ante Solem erat nomen ejus, id est, antequam Sol conditus est, erat hic filius.* Nam Hebraicus Psalmus hic insigni verbo usus est, significans haud dubiè natum esse Filium ante conditionem solis. Christus est Dominus Davidis, qui sedet ad dextram Dei Patris *Ps. C.X. v. 1.* quod dictum quoque citat Chemnitius d. l. pro afferenda divinitate Christi, & addit: *inde Christus argumentatur, se non tantum esse Filium Davidis, sed Dominum quoque.* Jam in eodem regno politico, & eadem natura Filius seu Successor nunquam est Dominus Patris regnantis aut avi regis, ut Augustus nequaquam est Dominus Julii Cæsar. Quare Messia regnum erit non politia peritura, sed æterna vita, & justitia æterna, & in Christo erit divina natura, rediens vitam æternam. Sicut & reliqua membra Psalmi docent, quæ omnia complectenda sunt: *Tu es Sacerdos in æternum.* Ait esse perpetuum Sacerdotem, ducentem nos ad Patrem, & dantem vitam æternam: *Sede à dextris meis, id est, regnato pari potentia cum æterno Patre.* Cum autem potentia sit infinita, necesse est in Christo divinam naturam esse. Hæc Chemnitius. Christus est potens ille unctus præ consortibus *Psalm. XLV. v. 4. 7. 8.* de quo loco Lutherus rectè pronunciat, daß er auffs aller flärlichste und

stärkste schleust daß Christus Gott sey/ darwieder auch ohn Zweifel
die Juden nichts mögen aufringen/ &c. Sic dicitur fortis Israëlis,
robustus in Jacob. *Psal.* LXXXIX. *Psal.* CXXXII. &c.

Thef. VII. Hæc ex Psalmis Davidicis hac vice sufficiant: progrediamur ad Prophetas posteriores. In quibus plurima quoque luculentissima pariter & firmissima traduntur testimonia. Ecce Christus est Immanuel *Esa.* VII. v. 14. *cap.* VIII. v. 10. Est filius admirabilis, Deus fortis, Pater æternitatis, princeps pacis *Esa.* IX. v. 6. Est JEHOVAH Salvator noster *Esa.* XXV. v. 9. Est Deus JEHOVAH fortis in secula *Esa.* XXVI. v. 4. II. 13. Est Deus noster vindex *Esa.* XXXV. v. 4. Est Dominus Deus noster *Esa.* XL. v. 3. 10. Est JEHOVAH Redemtor, sanctus Israëlis *Esa.* XLIII. v. 3. 14. 24. 25. *Christi è Pro-* *cap.* XLIV. v. 6. in quo habemus salutem, & in cuius nomine *phetis asseri-* omne genu flectatur *Esa* XLV. v. 17. 21. & seqq. Est Salus no-*tur.* *Esa.* LXII. v. 11. Est Jehovah Justitia nostra *Jer.* XXIII. v. 5. 6. *cap.* XXXIII. v. 15. 16. Est Jehovah, per quem salvamur. *Ose* I. v. 7. Est Dominator in Israël, cujus exitus est à seculis *Mc**b.*** V. v. 1. Est Rex Israël Jehovah, potens ad salvandum *Sopb.* III. v. 15. 16. 17. יְהוָה Dominus. Angelus foede-*ris* *Mat.* III. v. 1.

Thef. VIII. Hic, hic iste est verus Redemtor & Salva-
tor, in quem omnes fideles ab initio Ecclesiæ statim cre-
diderunt. Quæ in suis sacrificiis, quæ erant symbola
& obsignacula promissionis de Messia, devotè ac religiosè
recoluerunt, sicut ea per veram fidem obtulerunt *Gen.*
IV. v. 4. *Ebr.* XI. v. 4. In cuius nomine sacra sua, cultus
divinos instituerunt, Deumque adorarunt, sive ut B. Lu-
therus loquitur, de quo in suis sacris concionati fuerunt
Gen. IV. v. 26. In cuius nomine sacrificarunt, Abrahami

Gen.

*Fides in Chri-
stum Deum
est antiquis-
ma.*

ex utroq; Testamento assertum.

ii

Gen. XII. v. 7. cap. XIII. v. 4. cap. XXI. v. 33. Isaac Gen. XXVI. v. 24.

cui votum nuncupat Jacobus *Gen. XXVIII. v. 20.* quem invocat, ut benedicat filiis Josephi *Gen. XLVIII. v. 16. Deut. XXXIII. v. 16.* Recte docet Fulgentius lib. II. ad Monim. cap. 2. ex *Gen. XII. v. 8. 13. & segg.* Patriarchas non soli patri, sed simul patri, filioq; obtulisse sacrificium, ita ut compertum sit omnino, illos omnes benedictionis divinae compotes & spiritualis gratiae participes, quos constat fidei Abrabe in sacrificio reperiri sequaces. Hinc semper & adorarunt Deum & benedictiones ab eo petierunt, & sacrificia, cultusque divinos instituerunt in nomine Jehovah, Messia.

Num. VI. v. 18. Syr. XXXVI. v. 19. I. Reg. VIII. v. 20. &c. Sic ergo illa fides in Christum, verum aeternum Deum antiquissima est. Sic absolute Catholica est, quae semper in Ecclesia Dei sonuit. De qua recte graviterque B. Lutherus in concionibus paulo ante mortem Islebie habitis Anno 1546. concione i. super Evangelium Dom. IV. post Epiphani. Matth. VIII. sic scribit: Also können wir beweisen/ daß unter Glaube nicht neu ist/ deß Ankunft wir nicht wüssten/ sondern der aller älteste Glaub be ist/ der da angefangen und gewehret von Anfang der Welt her. *Lutheri Confessio paulo ante mortem.* Denn als Adam und Eva unsre ersten Eltern im Paradiß wieder zu Gnaden kamen nach ihrem jämmerlichen Fall/ fiengen sie diesen Glauben an/ an den Heyland/ den Sohn Gottes. Denn also lauset die Verheißung/ so ihnen gegeben ward/ des Weibes Name soll der Schlangen den Kopff zertragen etc. Aus diesen Ersten Evangelio ist unser Christlicher Glaube herkommen und geflossen. Et paulo post, dieser sollte die Kraft und Macht haben/ daß er der Schlangen (dem Teufel/ der das ganze menschliche Geschlecht in Adam und Eva unter seine Gewalt/ in den Tod und ewige Verdammnis brach) handte und würde den Kopff das ist/ seine Gewalt zutreten/ und also das menschliche Geschlecht von Sünden/ Gottes Zorn/ ewigen

B 3

Zodd

Tod erblicken / das müßte ja eine sonderliche Person seyn / und nicht als
 lein mehr / denn ein lauter Mensch von Mann und Weib / sondern
 auch mehr / denn ein Engel / weil der Teuffel / dem er den Kopff zutretz-
 ten solt / selbst der höchsten Englischen Natur ist. Item: Nun muß
 er dennoch eine andere Person seyn von dem / der da solches redet / und
 solche Person / des Weibes Saamen und Vertreter der Schlangen/
 verheißet / und doch desselben Göttlichen Wesens und von demselbigen
 ewigen Gott / weil er nicht mehr denn ein einiger Gott ist / darumb
 muß er ewiger Gottes Sohn seyn? Also ist dieser Articul von Christo /
 von Anfang der Welt her gepredigt / und geglaubet worden von
 allen heiligen Vätern / Propheten / daß Christus beyde wahrhaftiger
 Mensch seyn würde / als des Weibes verheißener Saamen / und
 doch auch wahrhaftiger Gott und Herr aller Creationen / der Sünde/
 Teuffels und Todes / als der das Werk der Versöhnung und Er-
 scheinung menschliches Geschlechtes von ewigen Gottes Zorn und Ver-
 damnuß / so Gottes gerechtem Urtheil nach über uns gegangen / aufz-
 richten / und des Teuffels Werk zußießen solte / wie S. Johann. 3
 sagt / daß Gottes Sohn dazu hat müssen erscheinen / daß er des Teuffels
 Werk außlöste / das ist unser ewige Hände unter Gottes Zorn
 und der Hellen / los machete. Darum ist dieses unser gewisser
 Grund und Trost wider alle des Teuffels und der Helle Pforten/
 tobten und wüten / daß wir wissen / daß unser Glaube an diesen Her-
 ren / den wir bekennen wahrhaftigen Gott und Mensch / der rechte/
 erste und älteste Glaube ist / und allezeit in der Welt durch den Sohn
 Gottes erhalten / bleibt auch der letzte bis ans Ende der Welt. Und
 wird darinnen sonderliche Göttliche Kraft und Werk essenbarh-
 lich geschen / daß er in so mancherley fälliger und steten Aufschaltung
 und Widerstand vom Teuffel und der Welt / dennoch bestanden ist /
 und noch bestehet. Den ob er wohl von Anfang her grosse schwere und
 viel Sturm und Stöße erlitten / so ist er doch dadurch nicht umgestossen
 noch geschwächet / sondern steht und geht noch immer fort / und je
 stärker / je mehr er verfolget wird. Und findet sich / daß wir Gott lob/
 jezt am Ende der Welt eben also glauben / und eben dasselbe predigen /
 wie Adam / Habel / Henoch / Noah / Abraham und alle Väter und
 Propheten geglaubet und gepredigt haben. Summa Christus
 muß

mus mit seinem Evangelio durch das Meer und Wellen der Welt und Sturmwinde des Teufels hindurch schiffen, bis zum Ende. Hec B. Lutherus in dicta Concione paulo ante mortem ita docuit de Christi Deitate. Quam in scriptis V. T. luculenter ac firmiter propositam suisse passim inculcat. Notemus saltem rursus ex ultimis mediationibus, quas in Commentar. super Genesin sub finem ad cap. XLIX. v. 10. perscribit: *Insignis, inquit, & larissima Prophetia fuit de Schilo, seu Messia, filio virginis, in benedictione Iuda, ubi dixi, Schilo dico quasi matricium vel virgineum, quia is partus tantum virgineus fuit, ex filia, b.e. matrice, non fuit filius lumborum. Huc accedit, quod hic virginis filius simul rex & Dominus orbis terrarum futurus erat, qui ligaret pullum ad vitem, lavaret in vino solum, i.e. adferret remissionem peccatorum, liberationem a morte, & omnes nos salvaret. Habuerunt ergo Patres magnam lucem & cognitionem de duabus naturis in Christo.* Hactenus Lutherus. Quae profecto dicta omnia & singula de Deitate Christi sunt clarissima & firmissima. Et in hac quidem fide de Christo, vero Deo, cardo praesentis controversiae vertitur, ut doctores unanimiter obseruant, nec adversarii nostri dissentuntur. Hac enim admissa, & illico pluralitas personarum divinarum admittitur, & tota controversia de Trinitate personarum facilè componetur.

Thes. IX. De Spiritu S. ejusq; Deitate ac maiestate non est, quod h. i. solicite agamus aut operose litigemus. Notum enim satis est, quod sit Doctor omnium Prophetarum *I. Petr. I. vers. 11.* cuius instinctu scripsere omnes *II. Pet. I. v. 2,* qui loquutus est per Prophetas, ut clarâ voce loquitur

*Fides de Spi-
ritu Sancto.*

loquitur Decretum Nicenum, qui loquutus est per Davidem II. *Sam. XXIII.* v. 2. per Noachum *Gen. VI. vers. 3.* Sed alius ea de re dicendi & disputandi locus erit, sufficiant in præsens, quæ B. Chemnitius in Locis Theologicis de Spiritu S. piè ac graviter scribit: *Teneamus*, inquit, *testimonia, Deum statim ab initio revelationis hoc modo es- sentiam suam patefecisse, & omnes electos omnibus temporibus in unum Deum credidisse, qui est Pater, Filius & Spiritus Sanctus.* *Sunt autem testimonia Esa. LIX. v. 21.* Hoc patrum meum est, inquit Jehova: *Spiritus meus qui est super te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo & de ore seminis tui,* dixit Jehova ex hoc tempore & usq; in seculum *cap. LXIII. v. 10. & 14.* *Judicare re- belles exacerbarunt Spiritum Sanctum.* At Spiritus Jehovæ deduxit Israëlem populum Dei. *Zach. VII. v. 12.* nobabant audire verba, quæ miserat Jehova Exercitum in Spiritu suo per manum Prophetarum priorum *I. Pet. I. v. 11.* Spiritus Christi erat in Prophetis, qui prænunciabat venturam Christi gratiam. *Et veteres plurimum usi sunt illo testimonio. Gen. I. v. 2.* Spiritus Domini ferebatur super aquas. Voluerunt enim ex illa antiquissima patefactione, ubi primùm Deus revelavit, quis sit in Essentia, testimonium hujus articuli petere, contra illos, qui vociferantur, novum esse articulum, ut pii confirmentur, illam Doctrinam de Spiritu S. semper inde usq; ab initio extitisse in Ecclesia licet illa oīcovquia manifesta sit, quod testimonia Novi Testamenti sint illucriora. Hæc B. Chemnitius. Quæ ut magis magisque comprobentur, observes insuper, quod Spiritus ille Dei רוח אלהי Gen. I. v. 2. non fuerit angelus creatus, ut vult Cajetanus, quia hoc temerè afferitur, & moles primoge- nia

nia à Deo ipso sustentata ; tali motore non indigebat ; non ignis Elementaris , ut vult *Franciscus Vallesius* , quia id præter & contra vim vocis fingitur , ne dicam , quod ignis aquarum naturæ non tam conservator , quam destructor sit : nec aér , quia ille ante expansum secundâ die creatum nondum extitit ; nec ventus , ut volunt Rabbini , quia ille sine aëre non est , nec non aëris motus est . Ut ergo aér tunc nondum fuit , ita nec ventus , nec virtus Dei vivificans , ut vult *Calvinus* , sed ut rectius orthodoxi statuunt , illic exprimitur virtus Dei hypostatica , videlicet Spiritus S. cum distincta actio ei tribuatur , ut *B. Lutherus* in *Comment. super Gen. cap. i. p. 2. col. B.* benè monet : Mihi , ait , magis placet , ut intelligamus Spiritum S. Ventus enim est Creatura , quæ tum nondum fuit , cum adhuc confusa ista corpora cœli & terræ jacerent . Et magnus Ecclesia consensus est , de mysterio Trinitatis hic prodito . Pater per filium , quem Verbum Moses vocat , creat cœlum & terram ex nihilo . Hic Spiritus S. incubat . *Sicut enim gallina incubat ovis* , ut pullos excludat , ova calefaciens , & calore quasi animans . Ita Scriptura dicit , Spiritum S. quasi incubasse aquis , ut ista corpora , quæ animanda & ornanda erant , vivificaret . Nam Spiritus S. officium est vivificare . Quam in rem eruditè scribit Hieronym. in quest. Hebraicis super Genesim tom. 53. pag. 201. pro eo , quod in nostris codicibus Latin. scriptum est , ferebatur , in Ebræo habetur מְרַרָּה quod nos appellare possumus , incubabat , sive confovebat in similitudine volucris ova calore animantis , ex quo intelligamus , non de Spiritu mundi dici , ut nonnulli arbitrantur , sed de Spiritu S. quia & ipse vivificator omnium à principio dicitur . Si autem vivifi-

C

cator,

cator, consequenter & conditor. Quod si conditor; & Deus. Emitte enim ait, *Spiritum tuum, & creabuntur Psal.* CIV. v. 30. Idem docet Augustinus in primo de Genesi ad lit. Basilius item atque Ambrosius in Hexaëmero lib. I. cap. 8. *Syrus inquit, qui vicinus est Hebreo, & sermone consonat in plerisque & congruit, sic habet:* Et Spiritus Dei fovebat aquas. *Fagius in Exegeſi ſua notat פָּרָה significare agitationem seu motionem, quam milvus aut alia avis peragit pendens in aere, cum furtim descendendo cupit praedæ incumbere, vel qualem columba perficit, cum ovis ad excludendum pullos incubat, vel qualem aquila facit, dum ad volandum pullos suos provocat, ut Deut. XXXII. v. 11.* Alii notant, quod verbum פָּרָה in prima conjugatione habeat significationem intransitivam seu neutralem, & significet commoveri, aut se commovere. *Jer. XXIII. v. 9.* in Piel vero habeat significationem transitivam & activam & significet motum vitamque alteri praebere, adeoque fortissimam denotet energiam. Et hoc certissimum est. Id quod Basilius Magnus Hom. 2. Hexaëmeri agnoscit inculcatque, quod verbum מְרַחֵת h. I. habeat vim confovandi, incubandi, & vivificandi, quam naturam aquarum præparaverit ad vivificationem, ut sufficienter demonstretur, quod nec Spiritus S. ab opificiali actione absit. Unde antiquissimi Patres Spiritum Dei interpretantur de Spiritu S. *Cyprianus, Martyr de Spiritu S. sect. 3. ait:* Hic Spiritus S. ab ipso mundi initio legitur superflusus aquis non materialibus quasi vehiculo egens, quas potius ipse ferebat, & complectentibus firmamentum dabat, congruum motum & limitem præfinitum &c. Nos ergo, inquit *Ambrosius lib. I. Hexaëmeri cap. 8.* cum sanctorum & fide-

& fidelium sententia congruentes Spiritum S. accipimus, ut in constitutione mundi operatio Trinitatis eluceat. Quod ipsum & antiquissimus Pater S. Irenaeus non obscurè insinuat, quando ait lib. 4. *adversus hæreses*, cap. 37. Adest ei, Deo Patri, semper verbum, & sapientia, filius & Spiritus, per quos & in quibus omnia liberè & spontè fecit, ad quos eloquitur dicens: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Horum collimant & Judæorum quorundam interpretationes, quibus verba illa Mosis exponunt de Spiritu S. utpote Targum Hierosolymitanum, quod sic scribit. *Et Spiritus misericordiarum à facie Domini erat spirans super facie aquarum.* R. Salomo. *Solum gloria stabat in aère, & incubabat super facie aquarum, in Spiritu oris ejus vid. benedicti sancti g. Dei & in verbo suo, sicut columba incubat super nido.* Baal. Thurim. Spiritum illum incubantem, per Cabalam Gemetraja de Spiritu Messiae explicat. Sicut ergo Moses in ipso Creationis opere Spiritum S. depraedicat, tanquam *δημιουργὸν omnipotentem*, universi fabricatorem, mundique autorem (quò sensu & æternus Dei filius in opere Creationis *νέον*, architectus celebratur *Prov. I. III. v. 30.* artifex cuncta componens, ut eruditè vertit *Heronymus. LXX.* interpres, *ἀρχῶν σοια coaptans, congruè disponens.* Luth. (Ein Werkmeister) Ita dubium nullum est, vel certè esse non debebat, quod Doctrina & cultus Spiritus S. ab initio statim non omnino infrequens fuerit, sed potius celebris ad eò, ac venerabilis planè, ut persona ejus fidelibus non potuerit esse ignota penitus.

*Fides de
Deo, Patre,
Filio & Spi-
ritu S. est
absolutè Ca-
tholica.*
*Tom. 8. Je-
neus. Germ.
pag. 287.*

Thes. X. Quæ cum ita sint , manifesto patet , universam fidem in Deum Patrem , Filium & Spiritum S. esse *absolutè Catolicam* , quæ non sit juxta certum Ecclesiæ statum determinanda , nec ad secula N. T. tantum restringenda. Id quod h. l. primò omnium præsupponendum erat. Audiant , attendant , qui contra disputare non desinunt , quid B. Lutherus iterum iterumq; in dicta concione gravissimis verbis monitisque hanc ipsam ob causam contra Judæos hostesque S. S. Trinitatis graviter pronunciat. Sie müssen wissen und bekennen / daß wir des(quod non tantum Deum Patrem , sed etiam Deum Filium & Spiritum S. adoramus) aus ihrer eigen Schrift Mose und der Propheten klar Zeugnß haben / und dieselbe zum Grund unsers Glaubens sezen / daß Christus Gottes Sohn und der Geist Gottes/ als sondere unterschiedene Personen des Gottlichen Wesens genannt werden / und also mit ihren Lügen und lestern nicht uns / sondern Gott und die heilige Schrift anlügen und lestern.

Th. XI. Nimurum *bec nostra fides est* , & *boc præmium* , ut commodi loquitur docetq; Epiphan. in Doctrina compendaria , & *bec mater nostra* , Ecclesia , per fidem servans & per spem confirmata & dilectione Christi perfecta , constanter docet , quod Deus unus nobis in lege & in Prophetis , & in Evangelii atque in Apostolis in V. ac N. T. prædicatus est , & annunciatus & creditus , Pater , & Filius & Spiritus S. non ut conjunctio sit Deitas , sed Trinitas , verè perfecta , perfectus Pater , perfectus Filius & perfectus Spiritus S. una Deitas , unus Deus , cui gloria & honor & Imperium & nunc & semper , & in secula seculorum.

Thes. XII. Jam ut de Concilii Niceni sententia pressius agamus , ignorari non debet , aut insuper haberi , quod Impe-

Imperator Constantinus Magnus, qui suâ autoritate convocaverat universalem illam Synodum, Episcopis congregatis seriò injunxerat, ut ex scripturis divinis tam *Coucilii Ni
cenſenten-
tia.*

Prophetis quâm Apostolicis, formulam fidei conscribe-rent. Nam, Theodoreus lib. 1. bistor. Ecclesiastica cap. VII. refert, Episcopos ad Concordiam hortatus est, cùm nihil indignius sit ipsos Doctores inter se digladiari ac voluptatem & risum conciliare inimicis, præsertim in disputationibus de rebus divinis. Communi igitur studerent consensui; & in iudicatione dogmatum cœlestium (cum in promptu haberent Evangelicos, Apostolicos & Propheticos libros.) inde censura formulas petrerent. Sic ergo vult mandatq; Religiosissimus Imperator, ut ex Prophetarum quoq; Scripturis veram proponant, probentq; fidem. Huic mandato obsecuturi Patres Synodales, ex illis scriptis divinis producunt, ostenduntq; catholicam fidem, quæ in Ecclesia Dei semper à priscis temporibus, ab exordio ejus, quin & à condito ævo proposita, indeq; perpetuò, ab omnibus fidelibus credita fuerit.

Thes. XIII. Quam in rem S. Patres in Concilio *Concilium Ariminensi apud Athanasium de Synodis*, Ariminini *Ariminense & Seleuciae pag. 497.* in Epistola Synodali ad Augustum Constantium de fide catholica *Niceæ promulgata de fide Niceæ ni Concilii.* signanter scribunt: *Nos Arminum ex omnibus ad Occidentem Cœnitatibus in unum convenimus*, ut Fides Catholicæ Ecclesiae cognoscatur, & qui alterius opinionis essent, manifester fierent, ibi post longam deliberationem optima visa est ea fides, quæ hactenus usq; à priscis temporibus perduravit, quam & Prophetæ, & Evangelistæ & Apostoli per Dominum nostrum Jesum Christum prædicarunt. *Statutum igitur*

igitur est, ut eam retinentes colcremus, & colentes usque ad
fiuem conservaremus. Indecens enim & nefarium aliquid
ex recte & justè decretis, & ex rebus Numa publicè cum illu-
strissimo Principe Constantino Patre tuo per accuratam deli-
berationem constitutis, immutare velle, in quibus tanta
doctrina est & prudentia, ut ea ubique deprehendata ad omnium
aures animosque perveniret, que sola hostis & intersectorix
Artana heresios: & per quam non illa sola sed & reliqua
heres sublate sunt, in qua certè & addere aliquid temerari-
um est, & auferre periculoso. Eundem in sensum de senten-
tia Concilii Arimini habiti scribit Socrates bistor. Ecclesias-
t. lib. 11. cap. 29. pag. 247. quod cuncti Episcopi ex omni-
bus civitatibus ad Occidentem sitis Arimini convenerint,
ut fides Ecclesie fieret illustrior, quodque fidem ex anti-
quis temporibus ductam à Prophetis & Apostolis prædicata-
tam, & in Concilio Niceno rectè verèque definitam firmit-
ter retinere, retentamque perpetuò conservare vellent.
Eadem prorsus habet Sozomen. lib. 4. bistor. Ecclesias-
t. 27. cap. pag. 463.

S. Athanas. Thes. XIV. Ipse vero S. Athanasius summam fidei in
de fide Niceni Concilio Niceno contra Arium hostesque SS. Trinitatis
Conciliis, definitam confirmatamque ex V. Testamenti Oraculis
passim in suis scriptis inculcat, propugnatque acriter,
adeo, ut imperitus rerum prorsus sit, vel temerarius
vehementer, aut atrociter perversus, qui contra sentire ac
pronunciare sequius non dubitet. Primam orationem,
qua tom. 1. habetur, scripsit quidem contra Idola gentilium,
in ea tamen sub finem contra Judæos quoque disputat ex
V. T. oraculis, indeque Christi divinitatem ergregie afferit,
ex omnibus, inquit, vel sola hac verba ad fidem sufficerint,
quibus

quibus utuntur viri in rebus divinis diserti: Fundasti ter- Psal. 102.
ram, & permanet, ordinatione tua perseverat dies. Ac rur-
sum: Psallite Deo nostro operienti cœlum in nubibus, prepara- Psal. 104.
ranti terre pluviam, & progerminanti in montibus fœnum, &
herbam servituti hominum, tribuentique pecoribus pabulum.
Per quem autem tribuit? nonne per eum, per quem, ut
omnia facta sunt, ita quoque omnia ipsius ordinatione
prudentiaque gubernantur? Sed quisnam, queso, hic alius,
si non verbum Dei? de quo alibi dicitur: Verbo Domini
cœli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum.
Nam & omnia per eum, & in eo facta esse predicanter, quod Psal. 33.
& ipsa scriptura persuasum esse nobis voluit, dum inquit, ipse
dixit & facta sunt: ipse mandavit, & creata sunt. Moses
quoq; in creatione mundi, hanc sententiam confirmat his ver- Gen. 1.
bis: Dicit Deus, Faciamus hominem secundum imagi-
nem & similitudinem nostram. Postquam enim cœli &
terra & omnium rerum procreationem absolvisset Pater, ita
locutus est: Fiat cœlum, congregentur aquæ, & appareat
arida, & educat terra omneum herbam fœni, & omne
animal. Qua in parte increpandi Iudæi, qui scripturas per-
versè intelligunt. Cum quo, quaso, istic (nam id questionis
Iudæis objici potest?) sermocinabatur Deus? ubi & inter
loquendum imperat. Quod si rebus creandis hoc imperium
dictabat, illisque loquebatur, supervacanea erat istiusmodi
sermocinatio, quippe ad eas res habita, quæ non extabant, sed
futura erant. Nemo enim cum re nihil & nondum extante,
verba facit. Nemo item ea existere jubet & alloquitur, quæ
nondum sunt in rerum natura. Si enim rebus futuris impe-
ravisset Deus, dici ab illo oportuerat: sis cœlum, sis terra,
prodi herba, sis homo. Nunc autem nihil tale locutus est.
Jubet

Jubet autem his verbis: Faciamus hominem, prodeat herba: Ex quibus apparet, Deum cum aliquo sibi proximo sermones conserere, & de rebus illis instituendis loqui. Necesse est igitur aliquem ei adfuisse, cum quo universa condens colloquium miscebat. At quis ille fuerit, nisi ipsius Verbum? Cum quo enim Deus videri possit colloquium babere, nisi cum suis ipsius ratione ac verbo? Aut quis denig. illi adfuit consentienti omnem creabilem substantiam, nisi sua ipsius sapientia, qua ita de se loquitur: Qvum faciebat celum & terram, coaderam ei. Hæc S. Athanas. d. l. Hinc porrò integra nec exigua eam in rem contra Arianos scripsit volumina, è quibus legi poterunt: Oratio s. Epist. contra Judæos de humanitate Verbi, in quâ divinitatem Christi prolixe adstruit pag. 57. 58. & seqq. Orationes 4. contra Arianos cum annexa quinta, Epistola de Synod. Nicen. decretis contra Eusebianos pag. 355. & seqq. pag. 362. nec non Epistol. de sentent. Dionysii Alexandrin. contra Arianos pag. 346. &c. Notentur probè, quæ illic in medium producuntur dicta V. T. præsertim ex Genesios I. v. 26. cap. XIIX. v. 6. seqq. cap. XIX. v. 24. cap. XLIIIX. vers. 16. Exod. III. v. 2. seqq. Psalm. II. & seqq. Prov. VIII. &c. è quibus fides Niceæ promulgata fusè propugnatur, ut infrà, si commodè fieri poterit, ordine ac expressius exponemus. Huc quāmmaximè facit, quod in Epistolâ ad Jovianum, de fide ibid. pag. 512. sic scribit: *Mos tibi fidem Nicea Patrum confessionibus confirmatam porrigerem studuimus, ut tu apietas & ea, que ibi exactissimè scripta, & quantum errent illi, qui aliter sentiunt, intelligeret. Cognosce igitur religiosissime Auguste banc esse, quæ à condito ævo prædicata fuit, & quam Niceæ patres congregati agnoverunt, ejusq. suffragatrices esse*

esse omnes omnibus in locis, Ecclesias, sive in Hispania sint, sive
Britannia, Gallia, Italia universa, Dalmatia, Dacia, Mysia,
Macedonia, sive universa Gracia, universa Apfrica &c.

Theol. XV. Ceterum hæc ipsa fides Catholica, Nicæa
a S. Patribus & Doctoribus Ecclesiæ ex toto orbe Christiano
collectis Anno Christi 325. sub Imperatore Constantino
Magno promulgata, continuè postmodum approbata
atque confirmata fuit in subsequentibus universalibus
Conciliorum, utpote Constantinopolitano primo, tempore
Imperatoris Theodosii Senioris circa annum Christi 381. Itemque in Ephesio, ex mandato Imperatoris Theodosii
Junioris ad an. Ecclesiæ Christianæ 431. nec non in Chal-
cedonensi jussu Imperatoris Martiani anno Christi 451. (ut
communiter numerant) congregato. Vniversa illa Ecclesia
Christi in tot Conciliis congregata magno consensu con-
stanter approbavit, & confirmavit formulam fidei de Tri-
nitate personarum in unitate in Nicena Synodo præscri-
ptam. Sed & Chalcedonense conjunctissimis votis de-
cernit, & disertè addit, eam fidem, in decreto Synodi Nicæa
promulgatam, docuisse olim Prophetas, ut legere licet sectione
5. illius Concilii. Cujus sententiam refert Evagrius lib. 2.
bistor. Eccles. cap. 4. pag. 557. Ita nimirum Synodales Pa-
tres ibidem statuunt docentque. Nos Sanctorum Patrum
sententiam secuti, unum & eundem Filium, Dominum nostrum,
Jesum Christum confitemur, & uno consensu omnes docemus
eum perfectum in divinitate, perfectum etiam in humanitate,
verè Deum, hominem verè, unum & eundem Filium unigeni-
tum, Deum Verbum, & Dominum Jesum Christum, sicut
antiquitus Prophetæ de eo, & post ille ipse Christus nos
docuit, & idem ipsum nobis Patrum Symbolum tradidit.

D

Quocirca

*Doctrina
Concili Ni-
cæni appro-
bata in acu-
menis sub-
seqq. Synodis.*

Quocirca statuamus oportet, fidem Nicenæ Synodi, cuius decretum de Trinitate personarum in uno Deo Augustana Confessio magno consensu docet, *absolutè Catholicam esse*, non tantum in Ecclesiâ Christiana N. T. sed in universâ quoque etiam Istaëlitica V. T. Etenim verè ac Catholicè scribit S. Augustinus sermon. 38. de tempore: *Omnis Scriptura V. & N. T. divinitus inspirata. si Catholicè intelligitur, hoc insinuat, quod Pater, Filius, & Spiritus S. unus sit Deus.*

*Formula
fidei.*

Thef. XVI. Hæc illa formula fidei est, quæ nos Primo ex revelato Dei verbo, tam Propheticō V. T. quam Evangelico & Apostolicō N. T. ceu divinisimo & infallibili prorsus Canone, sicuti celebratur *Psalm. XIX. v. 5. Gal. VI. v. 16. Phil. III. v. 16.* tum post ex decreto Catholicæ Ecclesiæ Niceæ collectæ, iterum iterumque modò *Constantiopolis*, modò *Ephesi*, modò *Chalcedoni* universem congregatæ, tum ex solemni & publica Augustanæ Confessionis contestatione, ejusque Apologia, constringit, ut firmiter statuamus credamusq; *mysterium SS. Trinitatis in Prophetis quoq; & V.T. Scripturis luculenter satis revelatum in Ecclesia Dei semper propositum, & propterea omni tempore ab omnibus fidelibus creditum, omnibusque salvandis scitu credituq; necessarium fuisse.*

Thef. XVII. Quanquam enim ista confessio fidei in Concilio Niceno facta non fuerit olim *symbolum Judæorum*, doctrinam tamen illam de Trinitate Personarum divinarum clarè proponit, quæ ipsa Judæis quoque tradita fuerat in V. T. eamque, indè adstruit, adeoque omnino statuit illam ipsam fidem indè posse evinci contra Judæos, sicque eam *absolutè Catholicam omnię tempore ad salutem necessariam*

cessariam decernit. Frustrà itaque hodiè querunt & dubitant, num *Symbola*, Nicænum & Athanasianum, dicant & profiteantur, mysterium Trinitatis ex V. T. posse evinci, & omnibus ejus temporis fidelibus creditu ad salutem necessarium fuisse, Hoc enim decernunt, quando eam fidem Catholicam asserunt, adeò ut sine ea nemo salvari queat, istud verò ipso opere ostendunt, evincuntque. Causa tergiversandi hic nulla est. Non sufficit dixisse, non puto. Debes id ita putare, ut & firmiter scias, non secus ac statuimus hujus fidei necessitatem in prioribus Ecclesiæ Apostolicæ, & primitivæ seculis, ubi nondum erant ista Symbola. Bliteus & bardus sit necessum est, qui colligere velit: *Nicenum & Athanasianum Symbola non sunt Christianorum primorum Act. XI. v. 26.* nec Ecclesiarum Christianarum priorum, in primo, secundo & tertio seculo, *Symbola*. Ergò fides de Trinitate personarum divinarum illis non fuit creditu necessaria: Vel, ergò Synodales Nicæi non profitentur, omnibus fidelibus ejus temporis creditu necessarium fuisse mysterium Trinitatis. *Non itaque supereft,* ut qui pro hac sententiâ efficere aliquid vult, statuat *Symbola ista illorum quoque priorum Christianorum Symbola fuisse.* Idem observes de fide Judæorum in V. T. Hisce fidem de Trinitate Personarum divinarum & clare propositum & necessarium fuisse statuant *Symbola Nicenum & Athanasianum*, nec tamen propterea statuant necessum est, ut illorum quoque Judæorum Symbola fuerint. Cadavera consequentiarum sunt, quæ eam ob rem hodiè informantur. Nos constanter asserimus in Symbolis illis modò laudatis contineri sententiam adversariis, *fidem Trinitatis omni tempore necessariam esse negantibus, op-*

sitam, uti jam ante exposuimus atque commonstravimus, Sed hæc frustra opponi adversariis eō, quod non sint Symbola Judaica, id verò est, quod strenue pernegamus.

Thes. XVIII. Verum enim verò, ut tota hæc causa expeditior reddatur, & distinctius paulò intelligatur, quomodo fides illa de Trinitate personarum divinarum in Concilio Niceno promulgata *simpliciter & absolute Catholica* sit, quatuor ordine enodanda nobis veniunt atque ventilanda.

Capita Disputationis.

Primo quidem ostendemus, quomodo mysterium SS. Trinitatis in scripturis divinis N. T. reveletur, inculceturque, & quomodo inde in Ecclesia Christi per omnia secula primitivæ Ecclesiæ, usque ad tempora Concilii Niceni, constanter propositum creditumque fuerit.

Secundò, veritas ejus ex Veteri quoque Testamento adstructur, & primo quidem ex collatione utriusque Testamenti, juxta interpretationem à Christo, Evangelistis & Apostolis factam monstratamque, ita, ut vel supponatur saltem verus oraculorum & dictorum V. T. sensus. Quem ejus temporis Doctores dissimulasse, aut ignorasse omnes ejus temporis fideles, non facilè præsumere licet.

Tertio: Idem prorsus contra Judæos, quantum occasio præsens permittet, demonstrabitur ex eodem V. Instrumento, iisdemque Scripturis seorsum, & seposita quasi N. T. autoritate.

Tandem 4. Necesitas istius fidei de tribus personis in uno Deo, Patre, Filio & Spiritu Sancto, ex utroque Testamento, si pro ratione loci & temporis commodè fieri poterit, breviter commonstrabitur, vel insinuabitur saltem.

Thes. XIX. Primo itaque producimus classicum locum, & testimonium clarissimum pariter atque efficacissimum

[ex]

ex Matth. III. v. 16. & 17. ubi Deus Pater clamat ē cœlo, Filiū suū Christū depraedicans: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ἐτός ἐν οὐρανῷ εἶπεν ὁ ἀγαπητὸς,* & ἐνδόκοντα. Filius iste Dei, Christus Iesu, stat̄ in Jordane & baptizatur. Spiritus sanctus descendit super ipsum in corporali specie columba; ecce aperti sunt ei cœli, & vidit Spiritum Dei descendētē, tanquam columbam & venientem super ipsum. Lucas cap. III. v. 22. sic loquitur: descendit Spiritus S. in corporeā specie, σωματικῶς εἰδεῖ, ὡτὶ περατερῆ, sicut columba in ipsum. Confer: Marc. I. v. 10. 11. Joban. I. v. 32. Quæ profectō ἑρμηνευσive revelatio Dei Patris & Dei Filii, & Dei Spiritus S. manifestissima est. De qua S. Augustinus *Tract. 6. super Jobann.* verè scribit: *apparuit manifestissima Trinitas; Pater in voce, Filius in homine Spiritus S. in columba.* Et profectō illustris adeò est ea manifestatio Trinitatis, ut sancti Patres Athanasius, Epiphanius, aliique ex pīs veteribus ad Jordanem remiserint, quotquot dubitarent de Trinitate personarum in uno Deo. Epiphanius in Ancorato: *Si non credis in divina Essentia, que unita & simplex est, esse tres distinctas personas, comitare Iohannem ad Jordanem, & videbis Filium Dei in assumpta carne, in ripa Jordanis procumbentem in genua, & in illo tota plenitudo divinitatis habitat Coll. II. v. 9.* quia Filius aut̄s ἐστι τὴν φύσιν Ἰερότατη Patri & Spiritui sancto.

Theſ. XX. Quod si quāras, quomodo vox ē cœlo audit̄a ſoli Patri attribuatur, cum fit ex operibus divinis ad extra, quæ omnibus tribus personis ſunt communia, audit̄o Auguſtinum, qui dubium illud non modo móvet lib. 1. de Trinitat. cap. V. pag. 142. ſed ſolvit quoque & repondet, illam vocem quidem ab omnibus personis fuiffe

*Revelatio
Dei Patris,
Fili & Spi-
ritus S. in
Jordane.*

*Openi Ex-
terna quo-
modo uni
perſone di-
vinitatis ad-
ſignetur.*

D 3 profectam

profectam, attamen significasse solum Patrem. Non ideo, inquit lib. II. cap. 10. p. 270. vox illa soli Patri tribuitur, quod facta fuerit sine opere Filii & S. S. (Trinitas quippe inseparabiliter operatur) sed quia ea vox facta est, quia solius personam Patris ostenderet, sicut humanam illam formam ex virgine, Maria, Trinitas operata est sed solius Filius persona est. Sic quando dicitur clarificati & iterum clarificabo, non nisi Patris personam fatemur. Gravissimam concionem de baptismo Christi habuit B. Lutherus Anno 1546. Halæ Saxon. quæ scripta extat tom. 8. Jen. German. pag. 270. in qua de revelatione Dei Patris, Filii & Spiritus S. in Jordane facta vere recteque scribit: Diz ist ja eine schöne liebliche und fröhliche Erscheinung und Offenbahrung der Göttlichen Majestät/ die ein jeglicher Christ ihm wohl einbilden / sie auch fleißig mercken und behalten soll / als dergleichen von Anfang der Weltnie geschehen/ auch von keiner dergleichen gesagt/ noch geschrieben ist/ in der ganzen heiligen Schrift/ wird auch keine dergleichen hinsicht geschehen/ bis am Jungsten Tage/ als diese über/ und bey der Taufe Christi gewesen ist/ darauf auch unser ganzer Christlicher Glaube gegründet ist/ und sich daran hält/ darumb möchte der heilige Tag wohl heißen/ unsers Herrn Christi Taufftag/ oder der Tag der Offenbahrung der heiligen Göttlichen Dreyfaltigkeit/ die sich als heute/ über der Tauffe Christi offenbacht und sichtbarlich hat hören und sehen lassen. Daber wir auch glauben und bekennen in unsern Christlichen Glauben/ drey Personen Göttlicher Majestät/ gleicher Allmächtigkeit/ Gewalt/ Ewigkeit etc. Gott des Vaters/ Gott des Sohnes/ und Gott des Heiligen Geistes/welche Personen Göttlicher Majestät/ wie gesagt/ sich hic bey der Tauffe Christi unterschiedlich offenbahren und sehen lassen/ denn hic sehen wir klar und deutlich aus S. Matthæus/ wie alle drey Personen/ unterschiedlich sich offenbaren/ eine jegliche in einer sonderlichen Gestalt oder Bild/ denn des H. Geistes/ welcher in einer Tauben gestalt erscheinet/ ist ja eine unterschiedliche Person und Gestalt/ von der Gestalt/ Figur/ und Bild Gottes und Marien

Marien Sohn / unsers Herren Jesu Christi / so im Wasser bey Johanne im Jordan steht / und sich taußen läßet; So erzeigt sich der Vater von Himmel herab / auch in einer andern sonderlichen Gestalt / und bildet sich in eine Stimme / leßt sich hören / und sagt: *Dis ist mein lieber Sohn / etc.* Da sind ja klar und deutlich drey unterschiedliche Personen angezeigter Gottlicher Allmächtigkeit / und ist doch nicht mehr denn allein ein einziger / ewiger Gott / in dreyen Personen / wie er sich da geoffenbaret / abgemahlet / und gebildet hat / gleichwohl also / daß der Vater eine andere Person ist / denn der Sohn und H. Geist / und der Sohn eine andere / denn der Vater und heilige Geist / und der heilige Geist auch eine andere / denn der Vater und Sohn / und doch der Vater / ohn Sohn und heiligen Geist nicht ist / und wiederumb also / daß der Vater nicht / der Sohn noch heiliger Geist / der Sohn nicht der Vater / oder der heilige Geist / auch der heilige Geist nicht der Vater / noch der Sohn ist. Ist. daß weder Vater noch heiliger Geist / sondern der Sohn Mensch worden ist / und doch diese drey unterschiedliche Personen / wie sie hie erschienen / gebildet / und sich geoffenbaret haben / ein einziger / ewiger Gott ist.

Das sollen wir einfältig glauben / und dabey lassen bleiben / nicht klügeln / wie es zugehe / sondern von dem Gottlichen Wesen der dreyen Personen / in der Gottheit predigen / und glauben wie sie da erschienen / sich haben sehen und hören lassen.

Thes. XXI. Insignis quoque locutus iste est, qui legitur
I. Job. V. v. 7. tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater,
verbum, & Spiritus S. & hi tres unum sunt. Quem locum
& versum Erasmus in Britannico codice legit, & citatus
olim est à Cypriano, Athanasio, Hieronymo, ut dubium
non sit, quin genuinæ sit lectionis; neque dolo in primis
Lutheri versionibus omisus est, sed quod in multis
Codicibus à Luthero non repertus sit, procul dubio ab
hostibus hujus mysterii Arianis, qui non Orientem so-
lum,

*Tres testes in
cœlo.
1. Job. V.*

lum, sed totum ferè orbem infecerant, erasus. Trinitas vero personarum divinarum in eo significanter ac graviter asseritur. Vocantur enim *tres testes divini*, quales sunt Deus Pater, qui extra controversiam est persona divina. Verbum, quod est Christus, fidelis ille testis *Apoc. XIX. v. 11. 12. 13.* aeternum Dei Patris verbum *Job. I. v. 1. 2.* Et hoc quoque est persona divina, unigenitus Dei Filius *Job. I. v. 14.* Quibus personis ita equiparatur *Spiritus S.* ut pariter testetur. Ergo hunc quoque pariter personam divinam esse, evidenter colligitur. Sed hi tres testes *ev. etiōn* unum sunt, non duntaxat *ēc. tō īv.* ut de sequentibus terrestribus testibus subjungitur *v. 8.* Sic itaque unus Deus in cœlo est, & tamen tres sunt personæ unius ejusdemque essentia divinæ.

Thes. XXII. Hinc porrò notetur, quod Christus, Magister noster ait: *Joban. XIV. v. 16. 17. 26.* ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobis, um in aeternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere. Paracletus *Spiritus S.* quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, suggesteret vobis omnia, quacunque dixero vobis, *cap. XVI. v. 13. 14.* Quum venerit ille *Spiritus veritatis*, docebit vos omnem veritatem. Non enim luquetur à semetipso; sed quacunque audiet, loquetur, & que ventura sunt, annunciat vobis; ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciat vobis. Omnia quae unig. habet Pater meas sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciat vobis. Attendite ac expendite verba ista, quis est, qui promittit paracletum alium? Christus est, unigenitus Dei filius. Attendite, quem roget, ut det Consolatorem illum? Pater iste est coelestis, qui misit Filium suum in mundum, ut nos salvemus.

vet. Attendite, quem velit dare ac mittere. Spiritus S. iste est. Tres igitur distinctæ deitatis personæ illic disertè ac signanter ponuntur, ut aliis sit Pater, aliis Filius, & aliis Spiritus S. $\Delta\lambda\mu\sigma\tau\gamma\alpha\lambda\mu\sigma$, non $\Delta\lambda\mu\sigma\tau\gamma\alpha\lambda\mu\sigma$. Una enim est essentia divina, unus Deus, in quo sunt tres distinctæ personæ. Rectè super hæc verba scribit S. August. Tract. 74. in Johannem: *Hic est utique in Trinitate Spiritus Sanctus: quem Patri & Filio consubstantiam & coeternum fides catholica confitetur.* Ipse est, de quo dicit Apostolus, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.*

Thes. XXIII. Jam recongnoscite, quotquot in verum Deum credititis, recognoscite, inquam, verba baptismi, quo quisque vestrum baptizatus est. Sic ait Dominus Salvator noster, Jesus Christus, jubetque Matth. XXIX. v. 19. *doce te omnes gentes, baptizate eos in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti.* Auditis rursus tres distinctas personas unius veri Dei. Profectò verus Deus est, in cuius nomine omnes gentes baptizari debent. Baptismus enim est foedus cum Deo, stipulatio bona conscientiæ cum Deo. 1. Pet. III. v. 21. At verò in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti baptizen-
tur omnes. E. Pater, Filius & Spiritus S. sunt verus Deus. Quamobrem *Sanctus Augustin. lib. 1. quest. 65. quest. 1.* rur-
sus rectè graviterque scribit: *Si Trinitas non esset (Deus) nunquam Dominus noster, Jesus Christus, diceret Discipulis suis; Ite, baptizare omnes gentes in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti. Nec baptisato Domino in Jordane à Jobanne, vox de cælo dixisset: hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: nec Spiritus S. in columba specie descendisse super eum, & mansisse diceretur. Miror in- felicem Sabellianorum heresin* (pergit Augustin.) b. e. Patri

E passia-

passianorum, quod sic cœci sunt mente, ut tam preclara, tam aperta testimonia non atteudant. Ipsi namque asserunt, unam esse personam, id est, ipsum Filium esse, quod Pater est, & ipsum Spiritum S. Sed nos cœcitatatem ipsorum relinquentes, tres personas secundum scripturas S. intelligimus, i. e. alium esse Patrem, qui genit filium, alium, qui genitus est à Patre, alium Spiritum S. non aliud, quod substantia unum sunt. Personas distinguimus, non Deitatem separamus. Quocirca ut graviter & religiose monet. S. Basilius Epist. 78. Baptizare nos oportebat, sicut accepimus, credere autem sicut baptizamur, glorificare autem sicut credimus Patrem, Filium & Spiritum Sanctum. Et ita hactenus Scriptura N. T. mysterium S. S. Trinitatis per Evangelistas & Apostolos proponit, neque distinctè loquitur de distinctis Deitatis personis.

Thef. XXIV. Hinc iam sequitur & inde conscriptum est Symbolum Apostolicum, in quo fides illa Catholica de Deo uno in essentia, & trino in personis significanter exprimitur, & breviter comprehenditur hisce verbis: *Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ, & in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum &c. Credo in Spiritum Sanctum &c.* Quam fidei summam inde postmodum per omnia secula proposuerunt atque inculcarunt S. Patres & Doctores Ecclesie, ut legere licet apud Irenaeum lib. 1. adversus heres. cap. 2. pag. 34. nec non lib. 3. cap. 4. Apud Tertullianum in lib. de velandis virginibus, Cyprianum, vel Ruffinum in expositione Symboli, Ambrosium, &c. Quin & reliqui omnes eandem tradunt, edocentque fidem usque ad tempora Concilii Niceni, ubi ab universo orbe Christiano magis magisque asserta fuit, illustrata & confirmata.

Thef.

*Symbolum
Apostolicum.*

Thef. XXV. Videamus ergo ordine, quomodo eandem illam fidem Catholicam de mysterio Sacro sanctæ Trinitatis universa Christi Ecclesia per omnia secula primitiva Ecclesie constanter proposuerit, edocueritque S. Clemens Romanus, cuius meminit Paulus Phil. IV. v. 3. *Clemens Romanus.* in primo statim seculo post Christum natum ex hoc fidei capite in Epist: quadam ad Corinthios perscriptâ, Christianos ad Concordiam exhortatur, quod in unum credant Deum Patrem, Filium & Spiritum S. cum inter nos, ait, *sunt contentiones, ira, similitates, Schismata & bellum, nonne unum Deum, & unum Christum habemus? nonne unus est Spiritus gratiae, qui super nos effusus est, & una vocatio in Christo?* Facetur ergo S. martyr, quod crediderint tum temporis fideles in unum Deum Patrem, Filium & Spiritum Sanctum. Idem docuit S. Ignatius, ut citatur ab Atba-*Ignatius.* nasio in Epist. de Synod. Arimin. & Seleuc. nec non in Epist. ad Romanos, si Theodoreto fides habenda est, quin & in Epist. ad Ephesios, qua ab Eusebio & Hieronymo laudatur, nec non teste eodem Theodoreto scribit, *Filius Dei, Deus noster, Jesus Christus, in Maria quidem utero ge- status est, ex semine quidem David, ex sancto autem spiritu, qui natus est, & baptizatus, ut quod nostrum mortale est, purgetur.* Item. *Habemus Medicum, Dominum nostrum Jesus Christum, ante secula Filium, unigenitum & in prin- cipio verbum &c.* *Sanctus autem Spiritus non sua propria loquitur, sed & que sunt Christi &c.* *Christus nos liberavit fundans super petram spiritu sancto confortatos.* Observandum omnino est, quod S. Ignatius in Epistol. ad Trallianos scribit, ut sibi caveant ab iis, qui *Deum Ignotum pro- fitentur, Christum Ingenitum censem, nec Spiritum S. consi- tentur,*

tentur, nec omnia per Christum creata dicunt, eum purum hominem esse putant, alii ipsum patrem esse dicunt filium, ipsumque Spiritum sanctum. Hosce errores vitandos monet Ignatius in dicta Epistola, quæ ab Eusebio & Hieronymo in primis laudatur. Porro in Epist. ad Magnesian: sancti Prophetæ secundum Jesum Christum vixerunt, qui est verbum Dei Patris substantiale: Quomodo vos sine ipso vivere poteritis, cui & Prophetæ servi fuerunt, Spiritu prævidentes eum & sperabant, ut Dominum salvatorem dicentes, ipse veniet & salvabit nos &c. Prolixè verò inculcat fidem sacrosancta Trinitatis in Epistola ad Philipp: unus, dicit, est omnium Deus, Pater Christi, ex quo omnia, & unus Dominus noster Jesus Christus, Filius Dei unigenitus, Dominator univerlorum, per quem omnia, unus autem etiam spiritus sanctus, qui operabatur in Moysi & Prophetis & Apostolis. Et rursus paulò post subiungit: Unus Pater est omnium nostrum. Unus, quoque est Filius, Deus, verbum, unigenitus (inquit) qui est in sinu Patris. Et rursus, Unus Dominus Jesus Christus, & alibi quod est nomen ejus, aut quod est nomen filii ejus. Scitote autem, quia unus est etiam Spiritus S. paracletus. Sicut idem, Paulus ait, unus Spiritus: Sicut vocati estis in unam spem vocationis vestre. Hæc S. Ignatius secundus post Apostolos Ecclesiæ Antiochenæ Episcopus. Sed cum non pauci nec ignobiles autores in dubium vocent Epistolarum Ignatii fidem & non unis in locis interpolatae videantur, vel ideo saltem istud Religionis punctum inde producimus, quod ejus professionem sciamus omnino consonari esse doctrinæ publicæ, tunc receptæ. Quam Ignatii σύνχρονος, Polycarpus Apostoli Johannis discipulus, Smyrnensis Episcopus, & totius Asiae Prin-

Polycarpus.

Princeps, ut Hieronymus refert in Catal. Scriptorum Ecclesiasticorum, non tñtum strenuè confessus fuit, sed & morte ipsâ proprioque suo sanguine confirmavit, ut Eusebius lib. IV. cap. XV. histor. Ecclesiast. testatur. Sic enim ad rogum properans, in ultima precatione, orat: Pater dilecti ē benedicti filii tui Iesu Christi, per quem cognitionem tui accepimus, tibi gratias ago, quod bac me die ac hora dignatus es, ut partem accipiam in numero martyrum, in populo Christi, ad resurrectionem vita eterua, anima simul & corporis in incorruptione Spiritus S. &c. Quapropter & de omnibus te laudo, te benedico, te glorifico, per aeternum Pontificem, Iesum Christum, filium tuum dilectum, per quem tibi una cum ipso & Spiritu S. sit gloria, nunc & in futuris seculorum seculis; Amen. Hæc Polycarpus. Qui porro apud Euseb. lib. i. pag. 46. de divinitate Christi luculenter scribit; Hunc (Christum) tanquam Dei Filium adoramus, martyres vero tanquam discipulos & imitatores Domini digne propter insuperabilem in regem ipsorum ac preceptorem benevolentiam diligimus; quorum & nos consortes & discipulos fieri optamus.

Thef. XXVI. Et hi sunt tres priores testes de Trinitate personarum divinarum, qui & Apostolos ipsos, Johannem, Petrum & Paulum, audiverunt, & ex eorum ore fidem illam exceperunt, indeque propagarunt. Audiamus nunc & successores eorum, qui in secundo seculo Ecclesia Christi vixerunt, quorum primus est Justinus Martyr. Sic autem ille in Apologia ad Antoninum, Profitemur, inquit, nos talium Deorum gentilium, malorum geniorum expertes esse, & alienos à Diis putatis, Sed non à verissimo illo Deo Patre justitie & castitatis, & virtutum aliarum. Verum

Patres Ecclesiae Christi
in secundo seculo.

hunc ipsum & filium, qui ab eo venit, & Spiritum Proprietatum colimus & adoramus, cum ratione & veritate venerantes. Item addit: opificem hujus universi colimus, & Iesum Christum Dei illius veri filium secundo loco habemus, & spiritum propheticum tertio loco honoramus. Manifestissima certe confessio Christianorum est de Trinitate personarum in uno Deo. Huc referri communiter solet, quod in libro de expositione fidei scribitur: *Unus revera est universitatis bonus Deus, qui in Patre & Filo, & Spiritu S. cognoscitur*, cum namque ex substantia sua Pater Filium progenuerit, atque ex eadem spiritum produxerit, jure optimo, quae unam eandemque participant essentiam, unam eademque dignantur divinitatem. *Unitas namque in Trinitate intelligitur, & Trinitas in unitate agnoscitur.*

Thes. XXVII. Clarissima propositio ista omnia sunt testimonia de Trinitate personarum divinarum in uno vero Deo. Cum quo conferantur, qua Justinus differit in

Justinus in dialogo cum Triphone cum Triphone Judeo.

Gen. I. v. 26.

Dialogo cum Triphone Judaeo, pag. 222. edit. Comelin: *Hoc ipsum quoque à amici, dixit verbum Dei per Mosen, indicans nobis, quem eodem intellectu Deum nominandum esse declarat, in creatione hominis hoc dicens: Faciamus hominem ad imaginem nostram &c. Et ne depravantes, quæ diximus, verba illa efferas, quæ Rabbini vestri allegant, vel quod ad seipsum locutus sit Deus, Faciamus: Sicut & nos futuri quidpiam persapè ad nos ipsos dicamus, Faciamus: Vel quod ad elementa, hoc est, terram & alia similiter, Unde intelligimus hominem constitutum esse, Deus dixerit, Eaciamus: Verba rursus alia à Mose prolatæ referam, ex quibus circa ambiguatatem certò ad aliquem, qui & numero alijs & rationalis sit, ipsum locutum esse, cognoscere possumus, sunt autem haec verba;*

Et

Et dixit Deus, Ecce Adam factus est, quasi unus ex nobis, *Gen. 3. v. 22.*
 ut sciat bonum & malum. *Iaque quasi unus ex nobis dicens, tum numerum eorum, qui una essent, tum minimum duos indicavit.* Haud quaquam namque aut in verò esse ipse affirmaverim, quod que apud vos dicitur heresis esse, opinatur, aut magistri ejus demonstrare quererint, Angelis hoc dicendum esse, vel angelorum creaturam esse corpus humanum. Verum hæc ipsa à Patre reverà edita progenies ante creaturas omnes unā cum patre fuit, & cum ea pater colloquitur. Et pag. 281. *Rursum cum scriptura sermo dicit, Deum in principio locutum esse:* Ecce Adam factus est, ut unus ex nobis: *hoc verbum, ut unus ex nobis, & ipsum numerum denotat.* Neque ea verba figuratam locutionem admittunt, quemadmodum exponere conantur Sophistæ, qui neque dicere neque mente concipere veritatem possunt. Hæc Justinus Martyr d. I. Porrò ait de Christo pag. 266. *Hic est; à quo & cælum & terram factam scimus, & per quem cælum & terram Pater innovavit.* Similiter scribit in prima oratione Parænetica ad Græcos pag. 12. ait *per θόρον cælum & terram, & universam conditam esse creaturam.* Item Apologia prima pro Christianis pag. 35. *Filius ejus, qui solus propriè dicitur Filius, sermo simul cum illo, (Patre) ante creaturas existens & nascens, quoniam primitus per eum cuncta condidit & ornavit &c.* Idem in Epist. ad Diogensem pag. 385. ait: *Deum ad homines mississe non Angelum aliquem, ἀλλ' αὐτὸν τὸν τεχνίτην τὸν δημιουργὸν τὸν ὁλῶ, i. e. sed ipsum opificem, & creatorem omnium, quo cœlos condidit, quo mare suis terminis conclusit. &c.*

Thef. XXVIII. Eodem tempore idem docuerant Merito Sardensis Episcopus, qui peculiarem librum composuit

Athenago-
ras.

positus meū tēs θεού στομάτη, de Deo incarnato, ut refert Eusebius lib. IV. Histor. Ecclesiastica, cap. XXV, nec non Athenagoras in Apologia pro Christianis ad Antonium Imperatorem diserte scribit: *Quis non miretur nos, qui Deum Patrem predicamus, & Deum filium & spiritum sanctum ita ut & unionis eorum vim & ordinis distinctionem exponamus, impios & sine Deo homines vocari?* Et pag. 95. illum duntaxat ducem pertransentes sequimur, quem utpote Deum cum verbo suo cognoscere optamus, ut quānam Filiū ad Patrem sit unio intelligamus, quid Pater cum Filio communiceat, quid sit Spiritus: quae unitas trium, quae discretio unitorum, Spiritus scilicet Filii & Patris? Et pag. 13. Deum afferimus, & Filium ipsius verbum & spiritum sanctum: tria siquidem secundum potentiam, Patrem, Filium & Spiritum sanctum: actu vero & essentia unum. Quanquam Græcus contextus pag. 30. melius habet: ενσυνεντα μὲν κατὰ δύναμιν, τὸ πατέρα. τὸν γὸν, τὸ πνεῦμα, i. e. unum secundum potentiam, Patrem, Filium, Spiritum.

Irenaeus.

Theſ. XXIX. Hisce in eodem ſeculo ſecundo Ecclesiæ Christianæ adſtipulatur sanctus Irenaeus Lugdunensis in Gallia Episcopus, qui fidem de Trinitate personarum divinarum & divinitate Christi non unis in locis luculenter graviterque inculcat, utpotè lib. I. aduersus heres cap. II. Ecclesia, inquit, per universum orbem usque ad fines terræ ſeminata, & ab Apóstolis, & à Discipulis eorum accepit eam fidem, quae eſt in unum Deum, Patrem omnipotentem, qui fecit cœlum, maria, & omnia, quae in eis sunt, & in nnum Christum Iesum, filium Dei incarnatum pro salute noſtra, & in spiritum sanctum, qui per Prophetas prædicavit-

cavit dispositiones Dei & adventus, & eam quæ est ex Virgine generationem, &c. Eadem repetit lib. III. cap. IV. pag. 255. veteremque Apostolorum traditionem vocat, quam custodi- dentes crediderunt ita Deum Patrem & Christum Dei Fi- lium, per quem omnia sunt condita, ut prolixius edo- cuerat lib. II. Cap. II. & seqq. Deum nullius indigentem verbo condidisse omnia, non Angelorum organis quem- admodum *Johannes Domini discipulus ait, de eo (Christo) omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. In omnibus autem est & hic, qui est secundum nos, mundus.* Et hic ergo à verbo ejus factus est, sicut scriptura Genesi dicit, omnia quæ sunt, secundum nos fecisse Deum per verbum suum. Similiter autem & David exequitur: Quo- niam ipse dixit & facta sunt, ipse mandavit, & cœata sunt. Porro lib. IV. prolixè differit contra Judæos evincitque ex V. T. oraculis & Prophetis Christum esse aterni Patris aeternum Filium, ut videre licet cap. XXXIII. XXIV. XXV. XXVI. &c. Hinc hortatur eodem lib. IV. cap. LXVI. p. 494. ut veram fidem è Prophetis, quoque exquiramus: Legite, ait, diligentius id, quod ab Apostolis est Evangelium nobis datum, & legite diligentius Prophetas, & inventetis univer- sam actionem, & omnem doctrinam, & omnem passionem Domini nostri prædicatam in ipsis: additque ibidem spiriti- tualis vere qui est interpretabitur unumquodque eorum, que dicta sunt (ex V. T.) integrum corpus operis Filii Dei ostendens, semper eundem Deum sciens, & semper eundem, ver- bum Dei, cognoscens, etiamsi nunc nobis manifestatus est, & semper eundem spiritum Dei cognoscens, etiamsi novissi- mis temporibus nove effusus est in nos, & à conditione mundi usque ad finem in ipsum humanum genus, ex quo, qui cre-

dunt Deo , & sequuntur verbum ejus , percipiunt eam , quæ ab eo est , salutem . Jam addantur , quæ habet lib. III .
 aduersus hereses cap. VI . pag. 260 . neque Dominus , inquit , negat
 Spiritus S. neque Apostoli eum , qui non esset Deus definitivè &
 absolutè Deum nominasset aliquando , nisi esset verus Deus ,
 neque Dominum appellasset aliquem ex sua persona , nisi qui
 dominetur , omnium Deum Patrem & Filium ejus , qui Domini-
 nium accepit à Patre sue conditionis , quemadmodum babet
 illud : Dixit Dominus Dominu meo , sede à dextris meis ,
 quoad usque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum . Patrem enim filio collocutum ostendit , qui & de-
 dit ei hæreditatem gentium , & subjecit ei omnes inimi-
 cos . Verè igitur cum Pater sit Dominus , & Filius verè sit
 Dominus , merito Spiritus Domini appellatione significavit eos .
 Et iterum in eversione Sodomitarum Scriptura ait : Et
 pluit Dominus super Sodoman & Gomorram , ignem ac
 sulphur à Domino de cælo . Filium enim hic significat , qui
 & Abraham colloquutus sit , & à Patre accepisse potestatem ad
 judicandum Sodomitas propter iniquitatem eorum . Hæc
 constans doctrina S. Irenæi est , quam in suis libris passim
 persequitur , & ex oraculis V. T. operose inculcat , ut por-
 rò legere licet cap. IX . ibidem . Cap. X . & seqq . Cap. XXII .
 Cap. XXXVII . &c . Tandem lib. V . pag. 579 . Sic concludit:
 Non alius (coeci , Johann. V. cui visum restituit Christus)
 oculos plasmavit & aliud corpus , sed idem ipse (Christus) qui
 ab initio plasmavit Adam , cum quo & loquebatur Pater . Fa-
 ciamus hominem secundum imaginem & similitudi-
 nem nostram : in novissimis temporibus semetipsum mani-
 festans hominibus , ei qui ab Adam cœcus fuerat , formavit vi-
 sionem . Et propter hoc scriptura significans , quod futurum
 erat ,

erat, ait, abscondito Adam propter inobedientiam, Dominum venisse vespere ad eum, & dixisse, ubi es? hoc est, quoniam in novissimis temporibus ad ipsum venit verbum Dei, advocare hominem, commemorans in eo opera sua, in quibus degens absconditus fuerat Domino.

Thef. XXX. Tria inde diligenter notari velim. Primo quod S. Patres Catholicam fidem de Trinitate personarum divinarum non ex N. T. duntaxat, sed quoque ex Scripturis Propheticis & Mosaicis V. T. astruxerint, etiam ex historia creationis, ex verbis Gen. I. *Faciamus hominem,* nec non ex illo Gen. XIX. Dominus pluit à Domino &c. De quibus infra aut suo loco fuisus. II. Quod apparitiones Dei Patriarchis, Abrahæ, Moysi, aliisque, sanctis sub V. fœdere factas constanter exponant de Filio Dei, Christo Jesu, indeque ejus divinitatem commonstrent, ita ea omnia satis firmiter inde adstruantur. Neque vero apparitiones istas Novi instrumenti Codex, optimus utique Veteris interpres, aliter exponit, aut Angelis creatis tribuit, ut non nemo vanè opinatur, nec S. Augustinus omnino dissentit, uti suo loco fuisus ostendetur. III. Quod in citatis locis disputent contra Judeos quoque, eosque ex V. T. oraculis confutent, sique divinitatem Christi & Trinitatem personarum contra eos afferant, evincantque.

Thef. XXXI. Hæc itaque hactenus ex unanimi sanctorum Patrum Doctorumque Ecclesie, consensu satis superque constant. Agite videamus porrò, quid in *Tertio seculo* Ecclesia Christi crediderit docueritque. Major ut illic se offert scriptorum copia, ita uberior quoque illustriorque verae Catholicæ fidei prædicatio passim traditur, & continuo magis magisque increbescit. Vixerunt in isto Ec-

Doctores Ec-
clesie in ter-
tio seculo na-
ti Christi.

clesiae Christianae seculo præclarissimi viri *S. Tertullianus*, *Clemens Alexandrinus*, *Origenes*. (ut taceam alios & præcipuos saltē, qui publicis scriptis insigniter claruerunt, stricē enarrem.) *Gregorius Thaumaturgus Episcopus Neocasariensis*, *Cyprianus*, *Dionysius Alexandrinus*, *Victorinus Pictavionensis Episcopus*, *Arnobius*, & *Lactantius Firmianus*, qui publicam doctrinam ab Apostolis traditam, & à superioribus Ecclesiae Doctoribus acceptam, de Trinitate personarum divinarum, non propagarunt modò, suisque scriptis confirmarunt, sed & maximam in partem contra hæreticos, Antitrinitarios masculè propugnarunt.

Thes. XXXII. Praxeas hæreticus, circa annum Christi

200. contendere cœpit, unam duntaxat esse personam di-
vinitatis, eamque aliò atque allo respectu, nunc Patrem
nanc Filium, nunc Spiritum Sanctum dici. Hujus hære-
sin *S. Tertullianus* in peculiari scripto prolixè confuta-
vit, in quo ostendit illam regulam ab initio Evangelii de-
cucurrisse, ante alios etiam priores quosque hæreticos,
nendum ante Praxeam hesternum, quod sit unus Deus, sed
sub hac dispensatione (quam Oeconomiam dicimus)
quod Pater, Filius, & Spiritus S. sint distinctæ persona.

Thes. XXXIII. Hæresin Praxeas proponit in lib. de pre-
script. sub finem pag. 218. item in dicto libro contra Praxeam
cap. XI. pag. 494. *Perversitas*, inquit, se existimat meram
veritatem possidere, dum unicum Deum non aliàs putat
credendum, quam si ipsum eundemque & Patrem & Fi-
lium & Spiritum S. dicat: quasi non sic quoque unus sit
omnia, dum ex uno omnia, per substantia scil. unitatem,
& nihilominus custodiatur *ōikoumēne* Sacramentum, quæ
unitatem in Trinitatem disponit, tres dirigens, Patrem,
Filium

Filiū & Spiritū Sanctū. Hunc, inquam, errorem ibi cap. II. & seqq. prolixè confutat. Nos, inquit: *& semper & nunc magis, ut instructiores per paracletum, deductorem scil. omnis veritatis, unicum quidem Deum credimus:* Sub hâc tamen dispensatione, quam exorouīz̄ dicimus, ut unicū Dei sit & Filia, sermo ipsius, qui ex ipso processerit, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Hunc missum à Patre in virginem, & ex ea natum hominem & Deum, filium hominis & filium Dei, & cognominatum Iesum Christum. Qui exindē miserit, secundum prōmissionem suam à Patre Spiritū Sanctū Paracletum, sanctificatorem fidei eorum, qui credunt in Patrem & Filiū & Spiritū Sanctū. Item pag. 498. Ecce, inquit, dico alium esse Patrem, & alium Filiū, & alium Spiritū. Sed continuo se explicat, alium dico, non diversitate, non divisione, sed distinctione, dum alius, qui generat, alius, qui generatur, dum alius, qui mittit, alius qui mittitur, dum alius, qui facit, alius, per quem fit. Bene quod & Dominus usus hoc verbo in persona Paracleti, non divisionem significavit, sed dispositionem. Rogabo enim, inquit, Patrem & alium advocationem mittet vobis, Spiritū veritatis. Sic alium se Paracletum, quomodo & nos à Patre alium filium, ut tertium gradum, ostenderet. Item pag. 500. cap. XII. interrogat, quomodo unicus & singularis pluraliter loquitur: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, cum debuerit dixisse, Faciam hominem ad imaginem & similitudinem meam; utpote unicus & singularis? sic & in sequentibus: Ecce Adam factus est, tanquam unus ex nobis, quæ verba paulò post infra fusius excutiēmus: respondet ibid. ideo

Tertullianus
advocatus
Praxeam.

sic loqui Deum Creatorem omnium, quia jam erat ipse filius, secunda persona, sermo ipsius: Et Tertius spiritus in sermone, ideo pluraliter pronunciavit, Faciamus, Et nostram, & nobis. Quæ omnia ne sinistre accipiantur rectiusque intelligentur, statim subjungit, monetque pag. 501. se non profiteri duos Deos, & duos Dominos, sed Apostolum, inquit, separar, ut separiter nominandi fuerint Pater & Filius, Deum Patrem appellem & Jesum Christum Dominum nomen. Solum autem Christum potero Deum dicere, sicut idem Apostolus. Ex quibus Christus, qui est, inquit, Deus super omnia benedictus in eternum omne. Item in praecedentibus cap. XI. monet alium, quomodo accipere debras, jam professus sum, personæ, non substantia nomine, ad distinctionem, non ad divisionem, ut ubique teneatur una substantia Dei in tribus personis. Hæc S. Tertullianus, qui licet duriusculè nonnunquam loquatur, ejusmodi tamen aspera verba veritati doctrinæ nihil præjudicare debent, præsertim cum ipse summam fidei luculenter satis proponat, ut quid de tota re senserit, non minus evidenter ac liquidò inde perspicere liceat.

Clemens Alexandrinus Thes. XXXIV. Clemens Alexandrinus in paedagogo suo lib. I. cap. VI. de Trinitate personarum luculenter scribit: εἰς μὲν ὁ ταῦ οὐλῶν πατὴς, εἰς δὲ ρἱ ὁ ταῦ οὐλῶν λόγος, ρἱ τὸ πνῦμα τὸ ἄγνωτον τὸ ρἱ τὸ αὐτὸ πανταχθὲν, unus quidem est universorum, & Pater, unum est etiam verbum universorum, Spiritus Sanctus unus & idem ubique existens. Et evidentissime omnium in lib. III. sub finem, Laudemus unum Patrem & Filium, una cum sancto spiritu, qui unus est omnia, in quo omnia, per quem omnia, qui est undequaque bonus, undequaque pulcher, undequaque sapiens

sapiens, unde quaque justus, cui gloria, nunc & in secula seculorum Amen.

Thef. XXXV. Idem planè docet Gregorius Næocæsariensis, propter miraculorum patrationem θαυματουργος dictus; unus Deus est pater verbi viventis, sapientiae substantientis & potentiae ac characteris æterni perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, character & imago Deitatis, verbum efficax, sapientia universitatis machinam continens, & Filius verus veri Patris, inconspicuus inconspicui, incorruptibilis incorruptibilis, immortalis immortalis, æternus æterni. Unus est Spiritus S. ex Deo substantiam habens, & per Filium manifestatus scil. hominibus, imago Filii perfecti perfecta, vita (&) viventium causa, fons sanctus, sanctitas, largitor sanctimoniarum, in quo manifestatur Deus Pater, qui est super omnia & in omnibus, & Deus Filius, qui est per omnes, Trinitas perfecta tum gloriâ tum æternitate & regno, non divisa, nec alienanda. Nihil ergo est creatum aut servum in Trinitate neque adscitum, quasi antè non extiterit, postmodum autem subintravit. Unde non deest unquam Patri Filius, nec Filio Spiritus, sed immutabilis & inalterabilis semper est una eademque Trinitas. Hæc ille. Quæ singula leguntur in vita ejus à Gregorio Nicæno in laudes Thaumaturgi descripta, Itemque in historia Ecclesiastica Eusebii secundum Ruffinum lib. VII. Cap. XXV, nec non olim habebatur in exordio Synodi Oecumenicæ quintæ.

Thef. XXXVI. Præterea Origenes laudatur ab Athanasio in Epist de Synodi Nicenâ decretis, quod veram fidem de æterna Christi divinitate docuerit. Ipse verò lib. VII.

Origenes

in Epist. ad Rom.: miror, inquit, quomodo quidam legentes, quod Apostolus dicit, unus Deus Pater ex quo omnia, & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, nescient filium Dei Deum debere profiteri, ne duos Deos dicere videantur. Et quid de hoc loco Apostoli facient, in quo aperte Christus super omnia Deus esse prescribitur? Sed quid non advertunt, qui haec ita sentiunt, quod sicut Dominum Iesum Christum, non ita unum esse Dominum dixit, ut ex hoc Deus Pater non esse Dominus dicatur: ita etiam Deum Patrem, non ita unum esse Deum dixit, ut Dei filius non credatur Deus, unus autem uterque est Deus. *Iterum aliquanto post*: qui autem est super omnes, super se neminem habet: non enim post Patrem filius, sed de Patre. *Tandem verò Origenes subiicit*: manifestò ostenditur natura Trinitatis & substantia una, quæ est super omnia.

Cyprianus

Thes: XXXVII. Audiatur porrò S. Cyprianus Martyr. Hic uti de filio Dei passim egregiè disserit, Christique divinitatem copiosè ac graviter asserit, *in libro de vanitate Idolorum lib. II. adversus Judæos per aliquot capita, & maximè cap: V. Lib: VI. nec non capitiè VII. & X.* Sic quoque de Trinitate Personarum divinarum, non obscurè docet. Sic enim in Epist: 173. ad Jabajanum, postquam negasset hereticos eundem Patrem, eundem filium, eundem Spiritum S. cum catholicis confiteri, prescribit: *Si baptizari quis apud hereticos potuit, inquit, utique & remissam peccatorum consequi potuit.* Si peccatorum remissam consecutus est, & sanctificatus est, & templum Dei factus est, quæru cujus Dei? Si creatoris; non potuit qui in eum non credit: Si Christi, nec ejus fieri potuit templum, qui negat,

gat Deum Christum; Si spiritus Sancti, cum tres unum
sint, quomodo placatus ei esse potuit, qui aut Patris aut
Filii inimicus est?

Thef. XXXVIII. Tandem suum quoque calculum addant
Arnobius & Lactantius. Ille quidem. lib. I. advers. gentes di-
vinitatem Christi ex miraculis ejus copiosè adstruit. Hic
lib. IV. divinarum instit. cap. XIII. scribit, Christum & Deum
& hominem esse ex Prophetis vaticinantibus discimus, ad-
ducitque ibidem loca ex Esaiā XLV. v. 14. ex Psalm. XLV.
v. 7. 8. &c.

Thef. XXXIX. Sed & Dionysius Alexandrin. Episcopus
in Epist. apud Euseb. lib. VII. histor. Eccles. cap. V. hæresin
Sabellianam damnat, & confitetur verum Deum Patrem,
Christum, unigenitum ejus filium, primogenitum o-
mnis creaturæ, verbum incarnatum, & spiritum san-
ctum. Faretur quoque apud Athanasij filium Dei esse con-
substantiale Patri. Idem cum in suspicionem Arianismi
adductus esset, prolixè se purgat in Epist. ad Alexandrinū
Roman. Episcopum scripta, ibique æternam Christi divi-
nitatem, nec non Trinitatem personarum in unitate es-
sentia divinæ disertis verbis asserit, ut legere licet apud
Athanasium in Epist. contra Arianos de sententia Diony-
si Alexandrin. pag. 346. & seqq: *Existenti, inquit, eterno*
Patre, existit & eternus Filius, lumen de lumine: nam si Pa-
ter est, necessario & Filius est: Si enim nullus Filius genitus
est, quomodo ipse Pater, aut cuius tandem Pater fuerit? At-
qui ambo sunt, & ab eterno sunt. Et paulò post: solus Filius
cum Patre semper coexistit, plenusq; existentiis est, & ipse ex
Patre existit. Item pag. 347. Patrem cum dico, etiam sine
mentione Filii, Filium sub Patris vocabulo indicatum volui,

Dionysius
Alexandri-
nus.

contra si in mentione Filii Patrem omissem, tamen ille sub nomine filii praetelligi debuit. Sancti spiritus mentionem fecit, sed ita, ut pariter adjungerem, undenam ille, & per quem venerit. Sed isti ignorant Patrem à Filio alienari non posse, & sub Patris vocabulo primarium conjunctio- nis autorem contineri, & Filium à Patre quasi domicilio digregatum non esse, eò quod Patris vocabulum hanc communionem indicet, & in Patris filiique manibus esse spiritum sanctum, sed ita, ut neque à mittente, neque à se- rente segregentur. Qui fieri igitur posset, ut cum ipsis nominibus utar, suspectus habear, quasi ista separari, di- vidique existimaverim? Idem paulo post addit, Hoc scil. pacto unitatem, quæ indivisibilis est, in Trinitatem dilataamus: & Trinitatem, quæ diminui non potest, in unitatem consummamus. Præterea subdit ibidem, ostendo falsum esse crimen, quo mihi objiciunt, quod Christum Deo consubstantialem esse negassem. Nam tametsi di- co, me id vocabuli in sacris literis, nec legisse, nec repe- risse, verum tamen argumenta mea, quæ postmodum subjunxi & ab illis tacita sunt, nonne prorsus ab hac sententiâ discrepant? Eadem repetuntur pag. 371. Et si no- men consubstantialitatis dixerim non inveniri in sacris literis, tamen argumenta mea à reipsâ & significatione vocabuli non abladunt.

Theognostus.

Thes. XL. Denique prætereundum non est, quod Theo- gnostum quoquè virum disertum, dicto loco pag. 370. laudat S. Athanasius, quod non abhoruerit à vocabulo sub- stantiaz: Scribens enim de filio in secundo Hypotyposeon, ita locutus est. Non forinsecus aut ex rebus extran- cia Filii substantia constat, neque ex non entibus producitur, sed ex

ex Patris substantiâ ita progenitus est, ut à luce, jubar, &c. ut
eiusdem substantiæ sit cum Deo Patre. Laudat insimul
ibid. Dionysium Romanus: ad quem scriperat Dionys.
Alexandrin. quod identidem ὁμοσίας filii Dei cum Deo
Patre, nec non contra Sabellianos tres Personas divinitatis
asseruerit. Scripsit iste ή ὦ θεον γένεσιν τῷ Θεῷ τὸν ὄλων
τὸ Θεῖν λόγον, uniri enim oportet Deo creatori omnium
divinum verbum, ut & esse ac imanere in Deo τὸ ἄγιον
πνῦμα spiritum sanctum.

Thef. XLI. Hæc sunt, quæ Ecclesiæ Christianæ Docto-
res de SS. Trinitate in prioribus tribus seculis constanter
docuerunt usque ad initium quarti seculi, adeoque ad tem-
pora Concilii Niceni, in quo postmodum illa fides Ca-
tholica non confirmata tantum fuit, sed & ab hæresi Sa-
bellianorum, Samosatenianorum, & Arrianorum vin-
dicata, nec non magis magisque declarata. Quam inde
nostra Ecclesia magno consensu hodieque profertur, ut
ab initio statim præoccupavimus. Non itaque *nova ista*
est fides, nec in concilio demum Niceno fabricata est, ut
olim quidam blasphemabant, sed, ut S. Athanasius cum
laborioso Origine pag. 373. testatur: *Ecce nos demonstra-
mus istiusmodi sententiam à Patribus ad Patres, quasi per
manus traditam esse.* Quam ab initio ipsi, qui tenses oculu-
tæ & ministri verbi (Filii Dei Christi) fuere, tradiderunt. Fi-
des enim, quæ scriptis decretijs Synodi sancta est, est totius
Ecclesiæ.

Thef. XLII. Hanc fidem post multas concitationes
tandem non acceptavit modo atque approbavit Eusebius
Pampili Episcopus Cesariensis, qui vixit in initio quarti
seculi, ut refert Theodoretus lib. 1. biss. Ecclesiastica: cap. VIII.

Eusebius.

sed

sed & fassus est, eam in vetustioribus quoque scriptoribus ante Concilium Nicenum fuisse traditam, sicuti & alii Episcopi ante ipsum attestati fuerant apud Theodor. d. I. *Fuere, inquit, Episcopi veteres, unus magna Roma, alter etiam civitatis nostra, ante annos fermè centum triginta, qui redarguerunt eos, à quibus Filius factura dicebatur, ac non consubstantialis Patri. Atque hoc agnovit Eusebius, qui Episcopus fuit Cæsareæ. Is quanquam deflexerat ante ad Ariannahæresin, postea tamen Concilio Niceno subscriptis, & sua Ecclesiæ rem per literas confirmavit, dicens: comperimus à quibusdam veteribus Episcopis, scriptoribusqne disertis & illustribus de Patris & Filii Deitate nomen ἐνοστοῖο live consubstantiale usurpatum esse.* Confer. *Socrat. bish. Ecclesiast. lib. I. cap. V. pag. 210*, ubi recitatur confessio Eusebii¹, de vero Deo Patre, ac Filio unigenito, ex Patre ante omnia secula genito & de spiritu sancto.

Secundum membrum disputationis. Thes. XLIII. Et tantum de primo disputationis praesentis membro, sequitur ut eadem fides Catholica demonstretur, ex veteris quoque Testamentis scripturis. Qued ut eò facilius commodiusque fiat, primo omnium supponendus est verus dictorum V. T. sensus, prout iste in Nuevo Testamento signanter monstratur & evitenter exponitur, qui ut extra controversiam verissimus est, ita eum accipiamus teneamusque oportet, nec dubium est, quin verum istum sensum & intellexerint probè Doctores V. federis, & eundem quoque fideliter inculcarint populo Dei, adeò ut universa Ecclesia inde veram fidem hauserit, credideritque idem prorsus, quod in N. postmodum Testamento de objecto eodem, seu de eadem re credenda, magis magisque elucidatum fuit atque uberior expositum.

Thes.

Thef. XLIV. Et primo quidem producimus opus creationis, cuius autor est Deus Pater, Filius & Spiritus Sanctus. Primus iste fidei articulus est, qui fidelibus antiqui foederis, non potuit omnino esse ignotus. Moses eum proponit statim in limine libri primi Gen. cap. I. In principio creavit Elohim cœlum & terram, & Spiritus Elohim agitabat se in superficie aquarum. Dixit Deus lux v. 1. 2. 3. Dixit Elohim: faciamus hominem ad imaginem nostram & similitudinem nostram, & creavit Deus hominem ad imaginem suam ad imaginem Elohim creavit eum v. 26. 27. *Jehovah Elohim fecit cœlum & terram Gen. II. v. 4.* Sic igitur Deus dicens seu verbo suo omnia creavit, & in spiritu suo, sicuti sensus iste exprimitur, clariss Ps. XXXIII. v. 6. Verbo Domini coeli firmati sunt & spiritu oris ejus omnis exercitus eorum itemque Proverb. 8. v. 22. *Jehova possebat me, ait æterna creatrix sapientia, ante opera sua, ante principitum seculi antequam faceret cœlos vel terrani, eram ibi apud eum, eeu architectus &c.* Adde, quod Psalm. CII. v. 26. dicitur, *tu Domine terram fundasti, & opus manuum tuarum sunt cœli.* Quæ dicta in N. T. clarè de Christo, Filio Dei, & spiritu sancto exponuntur, ut *Johanna. I. v. 1. 2. 3. In principio erat verbum (λόγος, filius Dei æternus.) Hic sermo (λόγος) erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & absque eo factum est nihil, quod factum est, item v. 10. in mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Ebr. I. v. 2.* Sic & Christus æternus Dei filius ille est, qui terram fundavit & cœli sunt opera manuum ejus, Ebr. I. v. 10. Sic Esa. XLVIII. v. 12. ait creator mundi: *Ego sum, ego primus, etiam egono-vissimus.* At Christus æternus Dei filius iste est *Apost. I. v. 4. 8. cap. II. v. 8.* Similiter Esa. XLV. v. 23. qui est formator ter-

Autor Creationis est
Deus Pater,
Filius & Spiritus S.

re & creavit eam, ait: *mibi curvabitur omne genu, & per me jurabit omnis lingua.* At hoc de Christo exponitur *Rom. XIV. v. 10. 11. Philipp. II. v. 10.* Qui populum Dei eduxit ex Aegypto, eumque comitatus est per desertum eique legem dedit, is est creator universi *Exod. XX. v. 2.* At filius Dei, Christus, is est. *Exod. III. v. 2. Cor. X. v. 9.* De spiritu sancto, quod Iis in opere creationis insigniter fuerit revelatus supra *Thes. VI. diximus.* Hiob disserit ait *cap. XXVI. v. 13.* *Spiritus Dei caelos ornavit. Itemque cap. XXXIII. Spiritus Dei fecit me, & spiraculum omnipotentis vivificavit me.*

Thes. XLV. Quæ omnia, ut de autore, sive creatore mundi, de Deo Patre, Filio, & Spiritu S. satis superque testantur, ita universa Ecclesia Christi distinctas divinitatis personas, ex historia creationis professa semper est, adeò, ut verba quoque Mosis, quibus utitur in descriptione creationis, præcipue ista, dicit Elohim, faciamus hominem ad imaginem nostram, eum in sensum frequenter, quin & semper propemodum ita acceperit, atque interpretata fuerit. S. Ignatius, quem è primis Apostolicis viris supra *thes. 24. laudavimus*, cuius Epistolæ ab Eusebio, Hieronymo, aliisque hinc inde citantur, laudanturque de Mose perhibet, quod iste Christum confessus fuerit non in eo tantum, quando scribit *Gen. XIX. Dominus pluit à Domino*, sed & quando *Gen. I. afferit: Dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem nostram* &c. ut videre licet in Epistola, quam scripsisse dicitur ad Antiochenses è Philippis. Quicquid sit de autoritate illius Epistolæ, receptissima in eâ & verissima Ecclesiæ doctrina de autore mundi & Christo traditur. Quam in secundo nati Christi seculo Justinus martyr non tantum in Dialogo cum Tryphone luculenter afferit

Ignatius.

Justinus
Martyr.

asserit è dictis Gen. I. v. 26. Faciamus hominem ad imaginem nostram. ex Gen. III. v. 22. Adam factus est quasi unus ex nobis, indeque Judæum Tryphonem adeò constringit, ut fateri cogatur, prævalide Christi divinitatem esse demonstratam, sed quoque ex libro ejus de expositione fidei hæc citantur. Si in mundi per Chriſtm disciplina, atq; in ipsa rerum universarum creatione, per similia atq; adeò eadem de Patre & Filio & Spiritu Sancto prodita sunt: quis ita sinistro fuerit animo, ut de equabili inter ipsos essentia communione ambigat? Quapropter unum nos convenit profiteri Deum, cuius est in Patre & Filio & Spiritu sancto notio &c.

Thes. XLVI. Irenæus verò hanc eandem causam ex iisdem documentis porrò uberioris adstruit illustratque. *Irenæus.* Sic enim lib. I. adversus Hæreses cap. XIX. pag. 80. teneamus, inquit, nos regulam veritatis, id est, quia sit unus Deus omnipotens, qui omnia condidit per verbum suum; quemadmodum Scriptura dicit, Verbo enim Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Ex omnibus autem nihil subtractum est, sed omnia per ipsum fecit Pater, sive visibilia, sive invisibilia &c. non per angelos, sed per verbum & spiritum suum omnia faciens & disponens & gubernans &c. Repetantur ea, quæ ex Irenæo, antiquissimo, patre notavimus thes. XXIX. Unde infert lib. II. cap. II. pag. 120. Cui igitur magis credemus de mundi fabricatione, biōne qui predicti sunt, heretici, an Discipulis Domini, & fideli famulo Dei, Moysi & Prophetæ? qui primo Genesim mundi narravit, dicens: In principio fecit Deus cœlum & terram: & deinceps reliqua omnia &c. Idem lib. IV. adversus hæreses cap. XXXVII. Adest ei semper verbum & sapientia, Filius, & Spiritus, per quos, & in quibus omnia

omnia liberè & spontè fecit, ad quos & loquitur, dicens: Faciamus hominem ad imaginem nostram & similitudinem. Et cap. LII. Si autem eredat quis unum Deum, & qui verbo omnia fecit, quemadmodum ipse Moses ait, *Dixit Deus fuit lux: & facta est lux.* Et in Evangelio legimus. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Et Apostolus Paulus similiter, *unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus, & Pater, qui est super omnes, & qui omnia & in omnibus nobis.*

Tertullianus. Thes. XLVII. Similiter Tertullianus lib. adversus Prae-
xeam cap. XII. sic scribit: *si te adhuc numerus scandalizat Trinitatis, quasi non connexa in unitate simplici, interrogo quomodo unicus & singularis pluraliter loquitur: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: cum debuerit dixisse, faciam hominem ad imaginem & similitudinem meam, ut pote unicus & singularis? sed & in sequentibus: Ecce Adam factus est tanquam unus ex nobis: fallit aut ludit, ut cum unus & solus & singularis esset, numerosè loqueretur: aut nunquid Angelis loquebatur, ut Judei interpretantur, quia nec ipsi filium agnoscunt? an quia ipse erat Pater, Filius, Spiritus, ideo pluralem se prestans, pluraliter sibi loquebatur: immo quia adhuc erat illi filius secunda persona, sermo ipsius: & tertia, spiritus in sermone, ideo pluraliter pronunciavit, faciamus & nostram & nobis.* Hæc Tertullianus. Huc facit quod Clemens Alexandrinus in pædagog. suo lib. I. cap. VI. docet. *Utrius est universorum Pater, unus est etiam verbum universorum, & spiritus sanctus unus, & idem ubiqꝫ existens.* Et lib. III. cap. ult. ait: *Hoc verbum maria & terras fecit, cœlumque & astra cuncta, quibus collucet ma-
china mundi.* Confer *Originem lib. I. de principiis cap. II.*
Ubi

Ubi prolixè docet Unigenitum Dei filium esse sapientiam illam Prov. 8. substantialiter substantem, quæ & virtus Dei sit, per quam omnia sunt condita & Spiritum S. intelligendum esse Gen. I. v. 2.

Thef. XLVIII. Præterea Athanasius in Orat. contra idola gentilium pag. 33. ex verbis Mosaicis: *Dixit Deus fiat lux &c. facimus hominem ad imaginem nostram:* refellit Iudeos, convincitque & probat, distinctas Dei creatoris personas, ut supra thef. 14. verba ejus audivimus. Idem præstat Cyril. Hierosol. in Catech. ut D. Wellerus citat in dem Wegzeiger der Gottheit Christi pag. 101.

Thef. XLIX. Hilarius vero Pictavorum Episcopus in Hilarius.

Editione Basileensi Anno 1579. lib. IV. de Trinitate pag. 37. & seqq. quam prolixissime hanc causam persequitur: *Vt deamus, inquit, Originem mundi, quid de ea Moses loquatur nisi natus & dixit Deus, fiat firmamentum in medio aquæ, & sic dividens inter aquam & aquam, & factum est sic & fecit Deus firmamentum, & divisit Deus per medium aquæ.* Habes ergo Deum ex quo, habes Deum per quem, aut si idem negabis, necesse est id, quod factum est, per quem factum sit, doceas, aut certè naturam ipsam creandorum Deo obedientem esse demonstres, qua ad id, quod dictum est, Fiat firmamentum, seipsum Dei verbo iussa firmaverit. Sed bac divina scriptura ratio non recipit. Omnia enim, secundum Prophetam, facta ex nihilo sunt: nec natura aliquam anens demutata in aliud est, sed id quod non erat, creatum est, & absolutum est. Per quem? Audi Evangelistam: Omnia per ipsum facta sunt. Si queris per quem: audi eundem Evangelistam dicentem: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum,

Deum, omnia per ipsum facta sunt. *Quod si negare volez à Patre dictum videri, fiat firmamentum, audias rursum Prophetam dicentem: Ipse dixit & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt. Et paulò post, dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem nostram.* *Quero nunc, pergit Hilarius ibidem pag. 38. solum ne sibi Deum locutum existimes, an verò sermonem hunc ejus intelligas non sibi, sed ad alterum extitisse? si solum frustra dicas, ejus ipsius voce argueris, dicentis: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, Deus enim per legilatorem secundum intelligentiam nostram locutus est: verbis videlicet, uti ipse nos voluit, cognitionem eorum nobis, qua gesit, impertiens, Absolutius voluit intelligi significationem hanc non ad se tantum esse referendam, dicendo: Faciamus hominem ad imaginem &c. sustulit singularis intelligentiam professione consortii: cnsortium autem esse aliquod solitario ipsi sibi non potest. Neque rursum recipit solitarii solitudo, faciamus; neque quisquam alieno à se nostram loquitur. Uterque sermo, & faciamus & nostram, ut solitarium eundemque non patitur, ita neque diversum à se alienumque significat. Aut quaro, si cum audias solitarium, utrum non ipsum eundemque esse existimes: aut cum audias non ipsum, neque eundem, anne quod solitarius tantum sit intelligas. In solitario ergo solitarius, in non eodem vero nego ipso, non solitarius reperitur. Solitario ergo convenit, faciam & meam: non solitario vero, faciamus & nostram. Cum itaque legimus: faciamus hominem ad imaginem &c. quia sermo uterque ut non solitarium tantum, ita nego, differentem esse significat, nobis quoque nec solitarius tantum, nec diversus est confitendum: cognita per id, quod nostram imaginem dicit, non etiam imagines nostras, unius in utroq; proprietate patitur.*

Thef.

Thef. L. Similiter in enodando praesenti negotio de-
sudat Basilius magnus homilia IX. & X. Hexaëmer. p. 49. &
50. Disputat ille contra Judæos urgetque verba, dixit Deus
& ipse fecit, fiat lux & facta est lux. E quibus ostendit plu-
ralitatem personarum, cum nullus artifex inter instrumen-
ta, solus desidens nomine ipse cooperante, dicat ipse sibi ipse, fa-
ciam gladium, aut consiciamus calceum, & continuo subdit
præsens vox: os ipsorum omnino obdurat. Et dixit Deus fa-
ciamus hominem, Num etiara nunc, dic mibi solitaria per-
sona? non enim scriptum est, fiat homo, sed faciamus homi-
nem. Quandiu nondum apparebat is qui docet, homo nimi-
rum, in profundo occultata erat cognitionis Dei predicatio:
quum de cetero hominis veneratione expectatur, denudatur si-
des & clarius revelatur veritatis doctrina. Demonstratum
est, quis sit, qui dicit, & ad quem fit sermo: Et habet Ecclesia
de his demonstrationes, immo magis habet fidem demonstratio-
ne firmorem, Faciamus hominem. Et mox addit: Di-
dicisti, quod due sint personæ: is qui dicit, & ad quem fit sermo.
Cur non dixit, fac, sed facianus hominem: ut intelligas
Dominum, ut ne Patrem cognoscens, filium ignores: ut sci-
as, quod Pater fecit per filium, & Filius creavit paterna po-
luntate, & glorifices Patrem in filio, & filium in spiritu sancto;
Sic commune factus es opus, ut communis adorator ar-
borum existas: non scindens adorationem, sed uniens Deita-
tem. Item, non dixit, fecerunt Dei hominem: sed, fecit
Deus, propria est substantia Patris, & propria filij & propria
spiritus sancti. Cur igitur non tres? quia una Deitas. Quam
enim in Patre video Deitatem, hanc etiam in filio: & quam
in Filio, hanc & in spiritu sancto, propterè quod forma in
utroq. una, & principium à Patre in filio idem, & propterè
etiam apud nos adoratio & glorificatio una.

Thef. LI. Epiphanius quoque ex historia creationis non
Epiphanius. obscurè ostendit distinctas Deitatis personas, quando in
 Ancorato contra Pneumatomachos scribit: *Ipse Deus est,*
qui in principio dixit: Fiat lux, & facta est lux: ipse, qui illu-
minat nos, ad videndum lucem veram, que illuminat omnem
Sominem venientem in mundum. Emitte lucem tuam & veri-
tatem, inquit David. In extremis diebus effundam de spiritu
meo super omnem carnem, & Prophetae abunt filii ipsorum &c.
tres personas sancti ministerii nobis ostendens ex substan-
tiâ triplici existente. Dico igitur Christum ministrum & execu-
torem factum esse circumcisionis: Commisstrare autem spiri-
tum S. traditum accepimus ex divinis scripturis.

Ambrosius. Thef. LII. Porro sanctus Ambrosius lib. I. Hexaëmer.
 cap. VIII. disertè scribit in explicatione verborum Gen. 1.
 v. 2. *Spiritus Dei cerebatur super aquas, nos cum sanctorum*
& fidelium sententia congruentes, Spiritum S. accipimus, ut in
constitutione mundi operatio Trinitatis eluceat. Et lib. VI. cap.
VII. Verba Dei, faciamus hominem ad imaginem no-
stram, enarrans querit, cui dicit? & responderet: non sibi
utiq[ue], quia non dicit faciam: sed faciamus. Non Angelis, quia
ministri sunt, servi autem cum Domino, & opera cum autore
non possunt operationis habere consortium, sed dicit filio, et
iams Judaei nolint, etiam si Arriani repugnant. Et paulo p[ro]st:
Numquid Deo & Angelis imago communis est: Numquid An-
gelis diceret. Faciamus hominem ad imaginem nostram,
sed que est imago Dei, audi dicentem: qui eripuit nos, in quo
habemus redemtionem, qui est imago Dei invisibilis &
primogenitus universæ creaturæ Col. I. v. 14. 15. 16. Ipse est i-
mago Dei Patris &c. Item in libro de dignitate humanae
conditionis cap. I. rursus urget dictum: Faciamus homi-
nem

nem ad imaginem nostram & addit: *tanta itaque dignitas humanae conditionis esse cognoscitur, ut solo non jubentis sermone, sed consilio S. Trinitatis & opere maiestatis divinae creatus sit homo, ut exprime conditionis honore intelligeret, quantum deberet suo conditori.*

Thes. LIII. Audiatur quoque Gregorius Nyssenus, *Gregorius* qui tum in Orat: Catechetica cap. IV. tum in peculiari *Nyssenus*. tractatu Trinitatem personarum ex documentis V. T. contra Judæos prolixè astruit, inducitque loca *Psal. XXXIII. v. 6.* Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis exercitus *Genes. v. 1. 26. Gen. III. v. 22. Psal. II. v. 7. 8. Gen. XIX. v. 24. Exod. XXXIV. v. 5.* & tandem ex illis concludit; *Quæcum ita sint, perspicue & clarè Sancta Trinitas, demonstrari atq[ue] probari potest, quippe hujus ad seipsam sancta atque coessentialis Trinitatis est illud, faciamus hominem &c.* Addatur Faustinus, qui ad Flaccillam imperatricem eruditas scripsit epistolas contra Arianos, ut Belkarmin. dissideri non audet in lib. de scriptor. *Ecclesiast. Afferit ille Mosen in initio Genes. edocere distinctas personas divinitatis, & luculentius eas exprimi in creatione hominum: Sed absolutius, inquit, inferius prosequitur, ubi jam fabricati mundi in ola faciendus est, & dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem nostram, non est unius Personæ dicere, faciamus imaginem nostram, & postquam id exposuerat, subnexit tandem fol. 1003. Nonne apertissimum est, quod jam tunc Spiritus S. per Mosen Evangelica sacramenta trahabat, dicens: Deum & Deum, non tamen duos Deos? Conferatur D. Wellerus in den Wegzeiger der Gottheit Jesu Christi pag. 102. Ubi citatur quoq[ue] Idacius Clarius Hispanus ad Varimundam, qui similiter pro adstru-*

Faustinus.

enda Trinitate personarum divinarum & Christi divinitate adducit loca Gen. I. v. 26. Gen. XI. v. 7. descendamus. Gen. XIX. v. 24. pluit Dominus à Domino, & tandem concludit: *Que omnia non discretam Patris & Filii potentiam praestant, sed unam Deitatis operam admittunt.*

Theſ. LIV. Mitto reliqua, quæ ex illorum temporum scriptoribus produci poſſent, & propero ad Doctores quinti ſeculi, quorum priimus & præcipius eſt sanctus Augustinus, qui in libr. I. de Genesi ad literam cap. VI. pag. 503. hanc in rem ſignificanter ſcribit: *Quemadmodum in ipso exordio inchoata creature, qua cœli & terre nomine propter id, quod de illa perſicendum erat, commemorata eſt, trinitas inſinuatur Creatoris: nam dicente ſcriptura, in principio fecit Deus cœlum & terram: Intelligimus Patrem in Dei nomine, & Filium in principiū nomine, (verba & mentem S. Augustini recitamus, eaque in quantum proposito noſtro deserviunt, admittiimus) qui non Patris, ſed per ſe ipſum creat⁹ primitus, ac potiſſimum ſpirituali creature, & conſequenter etiam universe creature principium eſt, dicente au-tem ſcriptura, Et ſpiritus Dei ſuperferebatur ſuper aquas: Completam commemorationem Trinitatis agnoscimus. Quod porro explicat Tract. i. in Iohannem, citans verba Moſis Gen. I. dixit Deus fiat, & factum eſt, Si dixit, quaerit, quis dixit? Utique Deus. Et quod factum eſt? Creatura aliqua inter dicentem Deum, & factum creaturam. Quid eſt, per quod factum eſt, niſi verbum, quod dixit Deus: fiat & factum eſt. Hoc verbum incommutabile. Quamvis mutabilia per verbum ſiant: ipſum incommutabile eſt. Noli ergo oredere factum: per quod facta omnia. Præterea in lib. III de Genesi ad literam cap. XIX. pag. 538. hanc cauſam lucu-lenter*

*Augustinus
quid statuerit de verbis
creationis.*

lenter proponit, quando verba Mosis Gen. I. v. 26. de creatione hominis paullò altius expendit, & super ea sic commentatur: *Hic dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: ad insuandam scilicet, ut ita dicam, pluralitatem personarum propter Patrem & Filium & Spiritum Sanctum.* Quam tamen Deitatis unitatem intelligendam, statim admonet dicens, *Efecit Deus hominem ad imaginem Dei: non quasi Pater ad imaginem Filii, aut Filius ad imaginem Patris, alioquin non verè dictum est, ad imaginem nostram, si ad Patris solum, aut filii solum imaginem factus est homo.* Sed ita dictum, fecit Deus ad imaginem Dei, tanquam diceretur, fecit Deus ad imaginem suam. Cum autem nunc dicitur, ad imaginem Dei: cum superioris dictum sit, ad imaginem nostram: significatur, quod non id agat illa pluralitas personarum, ut plures Deos vel dicamus, vel credamus, vel intelligamus. Sed Patrem & Filium Spiritum Sanctum, propter quam Trinitatem dictum est, ad imaginem nostram: *Unum accipimus Deum, propter quod dictum est, ad imaginem Dei.* Audi denique & adverte quam graviter ac solidè ea omnia confirmet lib. XVI. de Civitate Dei cap. VI. pag. 876, quia dicitur, faciamus hominem ad imaginem nostram, nefas est credere ad imaginem angelorum hominem factum, aut eandem esse imaginem angelorum & Dei. Et ideo rectè illic intelligitur pluralitas Trinitatis. Qua tamen Trinitas, quia unus est Deus, etiam cum dixisset, faciamus: *Et fecit, inquit, Deus hominem ad imaginem Dei: non dixit, fecerunt Dii: aut ad imaginem Deorum.* Poterat & hic eadem intelligi Trinitas, tanquam Pater dixerit ad Filium & Spiritum Sanctum. Huc itaque non immerito refertur, quod è libro de fide ad Petrum frequenter citatur: Ubi hæc leguntur: Cap. I. pag. 211. *Quod nobis maxime in ipsis sanctorum scripturarum initio demonstratur, ubi Deus dicit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.*

Orthodoxa
sententia
S. Augustini
de Trinitate ex Gen.
I.

Liber Augu-
stram. Cum enim in singulari numero dicit, imaginem, ostendit
fini de fide pluraliter, nostram, ostendit eundem Deum, ad cuius imaginem homo
ad Patrum. sicut etiam est in illis tribus personis tres essent intelligende vel credende substantia
fiebat, non unam esse personam. Si enim in illa una natura Patria
& Filii & Spiritus S. una esset persona, non diceretur ad imaginem no-
stram, sed ad imaginem meam: nec dixisset, faciamus, sed faciam. Si
vero in illis tribus personis tres essent intelligende vel credende substantia
non diceretur, ad imaginem nostram, sed ad imagines nostras:
Una enim imago trium naturarum in equalium esse non posset. Sed cum
ad unam imaginem unius Dei homo factus dicitur, una sancta Trini-
tatis essentialiter divinitas intimatur. Quanquam v. liber iste non
censeatur esse genuinus S. Augustini, quia tamen in lucu-
brationibus ejus conscriptus videtur, nec non ipissimam
istam sententiam ex iisdem plane rationibus documentis
isque, & iisdem propemodum verbis proponit, prout ab
Augustino alibi traditur, non immerit sub nomine Au-
gustini ab orthodoxis Theologis citari solet, utpote,
a B. Chemnitio in L. Theologica & in libro de duabus naturis Christi,
D. Gerardo in loc. Theol. de Deo, & mysterio S. Trinit. cap. 2. p. 329.
Plura videantur apud August. lib. VIII. de civitate Dei cap. XI. nec
non lib. XI. cap. 32. lib. XIII. &c.

Thef. LV. Augustinum inseguuntur Cyril. Alexan-
drin Theodoretus, Cyriæ Episcopus, Eusebius Emesenus,
Cassianus, Isidorus Pelusiota, Fulgentius &c. qui non ab-
similiter ex historia creationis, locisque consimilibus ad-
struunt distinctas Dei personas. ut legere licet in lib. I. Cyril
sup. Jobann. c. 2. pag. 45. & lib. XI. ibid. cap. 18. pag. 194. B. item lib. I.
contra Julianum cap. XIII. nec non libro II. cap. XXXV. apud Theodo-
retum quest. IX. in Genesim. apud Isidorum lib. II. Epist. CXLII. qui
diserte ait, Trinitatem personarum divinarum ($\tauα\deltaος$) aperte praedi-
cari in dictis Gen. 1. v. 26. faciamus hominem ad imaginem
& similitudinem nostram. Itemque in eo, Gen. XIX. pluit
Dominus a Domino &c.

Thef. LVI.

Thef. LVI. Neque verè dissentit B. Lutherus, sed in comment. super *Genesin cap. I. pag. 14.* hanc in rem graviter sic scribit. *Verbum faciamus, pergit ad mysterium fidei nostrae & confirmandum, quæ credimus, ab aeterno unum Deum esse, & distinctas tres personas in divinitate, Patrem, Filium & Spiritum S. Iudei quidem variè continxunt hunc locum eludere, sed nihil solidè in historia contra afferunt. Idolestat enim eos hic locu[m] usque ad mortem. Quare creationis pergit concluditq; Lutherus ibid: Hic cetero significata est Trinitas, quod nempe in una essentiâ, divinâ sunt tres personæ, Pater, Filius & Spiritus Sanctus, ita, ut ne activè quidem Deus separetur, quia omnes tres personæ hic concurrunt, & dicunt, faciamus. Nec Pater facit alium hominem quam Filius, nec Filius aliud, quam Spiritus S. sed Pater, Filius & Spiritus Sanctus unus & idem Deus, autor & creator est ejusdem operi. Hæc testimonia, inquit B. Lutherus, debent nobis grata esse & cara. Est enim tum Iudei, tum Turca nos rident, quod sentimus unum Deum & tres personas esse, tamen nisi Scripturæ autoritatem impudenter negare volent, cogentur b. l. sicut etiam sapientis locis, nostram sententiam sequi. Eludere possunt hec, sicut Iudei studiosè faciunt, sed interim manet in eorum cordibus ille aculeus, cur dicat, faciamus. Idem eum Lutheru[m] docent David Chyträus, Johann. Brentzius, Marbachius, Seneffius, Mörlinus, Selneccerus, Hunnius, Gesnerus, Rungius & recentiores passim.*

Thef. LVII. Quæ omnia clare ac solidè ostendunt, quomodo ex opere creationis, dictisque de eo loquentibus personarum divinarum pluralitatem constanter edocuerit Ecclesia Dei. Nunc porrò demonstrandum esset, quomodo eadem fides similiter afferatur *ex operibus providentie divina*, cum filius Dei omnia operetur cum Patre *Job. V. v. 17.* ex liberatione populi Judaici ex Ægypto, & deductione Israëlitarum per desertum, quæ facta est per angelum

Angelus populi iudaici doctor & ductor est filius Christus.

angelum Exod. XIV. v. 19. cap. XXIII. v. 20. &c; Deut. I. v. 39, 33. Nec non ex promulgatione legis in monte Sinai, quæ itidem facta est per eundem angelum. At verò angelus iste non est creatus quidam, aut vulgaris, sed Christus æternus Dei filius, ut exponitur 1. Cor. X. v. 4. 9. Ad. VII. v. 30, 31. Id quod nec dissideri potest Jesuita Salmeron, quin differt scribat disput. LXXXVII. super. 1. Cor. X. credendum est, fuisse Christum illum angelum, qui praenibat Israeliticis, & Moysi primo visum, qui Exod. III. & sepius Jehova vocatur. Huc facit, quod Jesuita Pererius in commentat. super Genes. c. XXXII. notat, angelum istum, qui apparuerat Patriarchis, Jacobo, exponi à sanctis Patribus de Christo, & Theodoreto quidem id ipsum probare conatur, (nemp. angelum istum esse Christum) ex eo, quod Exod. III. v. 3. in textu angelus dicit, san qui san v. 14 quod in solum Deum convenit, & Christo tribuitur Apoc. I. v. 4. 8. 11. Et hujus sententia fuerunt Iustinus, Tertullianus, Hilarius, Ambrosius, Chrysostomus &c. Hac ille. Addimus nos, quod eandem sententiam proponant inculcentque antiquissimi quique Ecclesia Doctores, & S. Patres, Ignatius in Epistola, Iustinus Martyr in dialog. cum Iudeo Tryphon, nec non in Apologia posteriori, S. Ireneus lib. III. adversus heres Cap. VI. Itemq. lib. IV. cap. XVII. & in seqq. S. Tertullianus lib. III. advers. Iudeos C. IX. lib. II. advers. Marcionem C. XXVII. Et alibi pasim. Clemens Alexandrinus in Pedagoga suo primo S. Cyprianus lib. X. advers. Iudeos. Sanctus Athanasius orat. IV. contra Arianos. Hilarius lib. IV. de Trinitat. nec non in toto libro quinto, alibiq; Basilius Magnus lib. II. Eversorio contra Eunomium. S. Ambrosius lib. I. de Fide ad Gratianum lib. V. Chrysostomus in homil sua per Genesim. Cyrillus Alexandrinus lib. III. Thesauri Cap. I. Theodoreto &c. Nec omnes dissentit. S. Augustinus, quin palam elocuitur, docetque lib. II. de Trinit. Cap. XIII. Angelum Mosi apparentem Exod. III. esse filium Dei, cum dicatur Deus:

Num-

*Augustinus
de apparitione
filii Dei sub
V. T.*

Num quid ergo, ait, angelus est Deus Abrabe & Deus Isaaci & Deus Jacobi? potest ergo recte intelligi ipse salvator, qui est Deus benedictus super omnia. Et continuo infert: qui ergo est Deus benedictus in secula, non absurdè etiam hic ipse intelligitur Deus Abraham, Isaac & Jacobi. Item ibid. c. XI. & seqq. differit. Nec non lib. III. ibid. c. XI. pag. 293. lib. de heretib. ad Quod vult Deum sub fin. in orat. annexat cap. 4. & 5. &c. Filium Dei Abraham, & Mosi, apparuisse ac innotuisse. Confirmanda denique esset S. S. Trinitas ex cultus divini celebrationis ac benedictione Ecclesiastica. Num. VI. v. 24. 25. 26. 27. ex dicto Esiae VI. v. 1. 2. 3. Ubi angelici cantant, Deumque celebrant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Iehova exercituum plena est omnis terra gloria eius. Quod dictum non de Deo Patre duntaxat intelligendum esse, sed quoque de filio Dei & Spiritu S. luculenter constat ex interpretatione N. T. Etenim de Christo exponitur Job. XII. v. 14. Quod Elaias ibi videtur gloriam Christi Filii Dei, similiter de Spiritu S. explicatur. Act. XXIX. v. 25. Sed brevitati studendum est, & ad alia properandum.

Thef. LIX. Hisce præsuppositis jam facile intelligitur, quid semiendum sit de tertio præsentis disputationis membro, quo queritur; *Num eadem fides de Trinitate per sonarum divinarum contra Judeos quoque evincqueat, ex solis V. Testamentiora culam dictio, seposita quasi autoritate N. T.* Affirmativam sententiam veram esse luculenter patet è dictis Mosaicis & Propheticis, nec non ex suffragiis S. Patrum supra non semel hinc inde longa serie adductis cum ea omnia V. T. dicta distinctas Deitatis personas, tum per se in proprio genuino suo sensu evidenter afferant, tum ex interpretatione S. Patrum aliter intelligi non possint, quippe quæ singula ex universalis & unanimi totius Ecclesie catholicae Christianæ consensu, quem hactenus satis

Tertium

membrum
Disputationis
membro,

per-

superque demonstravimus, sic exponuntur, ut juxta suum proprium genuinum sensum adversariis Judæis opponantur. Quod utique fieri non posset, nisi supponatur, S. S. Trinitatem personarum divinarum ex solo V. T. luculentiter ac firmiter satis posse demonstrari, sicque seposita N. T. autoritate, Judæos inde redargui solidè, atque convinci posse. Repetantur modò, que contra Judæos hoc in fidei puncto differit S. Ignatius in Epist. ad Trallianos & Magnesianos: in Epist. ad Smyrrenos reprehendit Judæos, quod Jesum verum Dei filium non rectè agnoverint. Statuit ergò potuisse Judæos rectè intelligere ex V. T. Christum, filium Dei. Conferatur Justinus Martyr in dialog. cum Judæo Tryphone, Ireneus lib. III. adversus heres, cap. VI. & seqq. lib. IV. cap. 24. & seqq. Tertullianus in lib. advers. Judæos, ut & Cyprianus in libris duobus advers. Judæos. Lactantius quoq. I. IV. institut. divinar. cap. XIII. ut & Eusebius &c. præcipue legantur ea, quæ hanc in rem docuerunt Patres concilii Nicenij, indeque passim S. Athanasius, & prolixissime in oratione contra Sabellii gregal de una substantia filii & Spiritus S. cum Deo Patre, Hilarius, Basilius Magnus, Epiphanius &c. ut supra subindè fuerunt citati.

Thef. LIX. Nec defunt alia argumenta, quibus id copiosè ac solidè adstrinatur, sufficient in præsens vel duo loca, quæ leguntur Esaiæ. LXIII. v. 7. 8. 9. 10. II. Sam. XXIII. v. 23. Illic quidem univera Ecclesia Israelitica deprædicat beneficia Dei, omni seculo, ubertim collata, eaque adscribit Deo Patri, Filio & Spiritui S. Sic n. cantat: *Memorationum*

Dilectum Esaiæ
Domini recordabor, laudem Domini super omnibus, qua redditum nobis
LXIII. v. 8. Dominus, & super multitudinem honorum Domini Israel, qua largitia est
9. 10. ei, secundum indulgentiam suam & secundum multitudinem misericordiarum suarum. Et dixit, verumtamen populus meus est, filii non negantes: & factus est eis Salvator. In omni tribulacione eorum non cib
tribu-

tribulatus, & Angelus faciei ejus salvavit eos: in dilectione suis & in indulgentia suâ, ipse redemit eos, & portavit eos, & elevavit eos cum eis diebus seculi. Ipsi autem rebelles fuerunt, & irasci fecerunt Spiritum S. ejus: ideo conversus est eis in inimicum, & ipse pugnauit contra eos. De Deo Patre dubium nullum est, quin sit verus Deus ubique in V. T. revelatus, cognitus & celebratus, cuius Filii dicuntur. Judæi hoc ipso in loco v. 8. qui aeternus Pater est aeterni filii Psalmi 11. v. 7. Spiritus Sanctus, τὸ πνεῦμα τὸ ἀγνόητον, expressus etiam verbis nominantur, qui est Spiritus Iehovæ, in medio populi v. 11. Doctor Ecclesiæ Num. XI. v. 25. 26. 29. Ps. XCIV. v. 7. 8. Ebr. XIII. v. 7. Nebem. IX. v. 20. 30. Zact. VII. v. 12. deductor Israelitarum v. 14. Ungens Christum Esai. LXI. v. 1. 2. Spiritus sapientiae, fortitudinis, consilii & timoris Dei Esai. XI. v. 2. quem exacerbarunt יְהוָה Ps. CVI. v. 33. qui est Jehova Deus Num. XIV. v. 11. Ps. LXXIX. v. 17. 18. Tota v. lis h. l. est de *angelo faciei Dei*, quis iste sit, num vulgaris quidam angelus & creatus intelligatur, vel increatus, ipse Dei filius, Christus, qui comitatus fuit Israelitas per deserta, ut supra *ex I. Cor. X. v. 4. 9.* præstruximus.

Theſ. LX. B. Lutherus in commentar. super Esai: *ad hæc ipsa Propheta verba: Sic in Agypto ad mare rubrum per Angelum sunt servati. Quæ verba non nemo laudat in suâ dissertatione sub finem pag. penult. indeque conatur probare, Lutherum illic intelligere angelum creatum. Reſpicere videlicet historiam, que est Exod. XIV. v. 19. Profectus angelus Dei, qui præcedebat castra Israelitarum, ivit à tergo eorum; & profecta columnamnis, que erat ante eos, stetit à tergo eorum, & venit intra castra Agyptiorum & castra Israelitarum, fuisse nubes, & caligo Agyptis & illuminavit noctem Israëlis: nec appropinquavit alter alteri totâ illâ nocte. Rectissimum hoc ipsum, addit ille. Ethoc quidem ita est. At tamen fallit, ac perverse torquet verba Lutheri. Rectissime, inquam, Lutherus ex historia Mosis liberationem*

populi Judaici ex Aegypto per angelum factam producit, sed quod istum angelum vel hic loci Es. LXIII. vel illic Exod. XIV. statuerit fuisse creatum, illud est dictis non liquet satis, nec colligi potest.

Theo. LXI. Contrarium aperte docet B. Lutherus in Commentario super Oseam cap. I. exponens verba Dei, salvabo Iudam in Jehova, Deus, pag. 405. Illa inquit Ecclesie defenso, que inde ab Ada lapsu perpetua fuit, non per angelos sed per Dei filium facta est, quem Scriptura semper angelum appellat. Sicut Gen. XLVIII. Angelus Domini, qui me eruit ab omni malo. Esa. LVIII. Angelus faciei ejus salvavit eos. Angelus federis, quem vos desideratis. Et si enim Angelorum ministerio Deus ad Ecclesie defensionem utitur, tamen Christus solus est, qui Sathanas vires infringit, & caput ejus conterit. Item super Cap. XII. Hosea ad verba, Jacob prævalu-

*Angelus faciet
et est Christus*

it angelo, eoque potentior fuit, flevit & precatus est eum: In Bethel invenit eum, & ibi locutus est nobis Dominus, Deus exercituum, Dominus, memoriale ejus sic commentatur: addit Propheta hoc in loco aliud nomen & vocat (Maleach) quod Angelum sonat. Quae Judei suo more nuncantur & (Elohim) etiam exponunt Angelum, sed veritas nos aliud docet. Scimus enim Christum propter ministerium, quod in Ecclesia & in carne habitavimus erat, dici Angelum, Gen. XLVIII. Esa: XLII. Mal. III. Itaq; Claram est, Angelum hunc, qui & (Elohim) dicitur, fuisse Filium Dei. Et Jacob, quia in ea lucta vicit, vocatur Israel, quod Deus vicerit. Et paulo post ibid. Hic iterum memineris mysterii Trinitatis, Deum & Angelum vocat, ac post addit, in Bethel invenit eum, & ibi locutus est nobis. Qui? nimis erum, qui erat Deus & Angelus (Maleach Elohim) Ut autem prorsus nihil dubites, quis ille Deus & Angelus sit, addit, Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale, seu nomen eius. Hic Augustum Dei nomen (Jehova) tribuitur Domino nostro J. C. quod ipse sibi sumit, cum dicit, Philippe, qui videt me, vident Parem meum. Hanc lucem cœci Judai non digni sunt, ut videant, itaque non legunt hec, quid legant, nesciunt, & impossibile est, ut ex hoc loco possint se evolvere, aut cum rectè explicare, si autem pergit est, quod Pro-

*Claram S.
Trinitatis re-
simonium.*

photis

pheta ex Spiritu sancto locuti sunt, quod potest Trinitatis clarus testimonium ostendis? Notes ergo I. Quod Lutherus ibi claram S. Trinitatis testimonium statuat. II. Quod Angelum faciei Jehovæ Es. LXIII. disertè afferat filium Dei, Christum.

Theol. LXII. Jam advertè, quid ex historiâ Mosaicâ de liberatione Israelitarum ex Ægypto, nec non de deductione populi Judaici per deserta, ejusque doctore, ductore & servatore statuat. Christum eum fuisse, clarè docet in comment. super ult. verba Davidis, de quo pag. 163. Col. B. sic scribit, du hast gehört daß ers sey/ der mit Mose auf den Berge Sinai redet/ Moses und das Volk führet und Wunder thut/ und ob er wolt nicht allein ist/ ders thut/ sondern der Vater und Heilige Geist/ mit ihm alles/ und einerley werck thun/ so offenbaret er sich gleichwohl/ mit solchen reden und thun/ daß er sey eine unterschiedliche Person vom Vater in dem einigen göttlichen Wesen/ und zwar wer so viel verstehet/ in der Schrift/ (welches nicht ein jeder achtet) das er merken kan/ wo die Person eine von den andern redet/ als wären mehr den eine da/ der hat bald ersehen/ den Unterscheid/ welches des Vaters oder des Sohns/ Person ist/ hastu aber den Unterscheid des Vaters und des Sohns/ so ist des Heiligen Geistes Person gleich auch unterschiedlich mit da.

Lutherus de
Angelo; Re-
demtore Ju-
deorum ex
Ægypto, &
ductore per
deserta.

Theol. LXIII. Huc faciunt, quæ in enarrationibus super Genesim subinde scribit, docetque de angelo, qui Patriarchis, Abraham, Isaaco, & Jacobo frequenter apparuit, quod & ipse fuerit non creatus quidam angelus, sed increatus, eternus Dei Filius, Christus. Et quidem de angelo isto, qui iunctabatur cum Patriarcha Jacobo Gen. XXXII. v. 24. seqq. disertè scribit dicto loco pag. 491. Col. B. Nostra sententia hac est, quod iunctator sit Dominus gloria, Deus ipse sive filius Dei Angelus Domini incarnandus, qui apparuit & locutus est Patribus. Deus enim immensè Gen. XXXII. bonitate, familiarissimè agit cum electo suo Patriarcha Jacob, cumq; exercet, quasi colludens suavissimè. Item pag. 494. Col. B. in fine. At fuit sanè acerrimus & difficillimus dies, quem sustinuit haec tenus. Id est agit gratias Deo, & confuetur suæ angustias, nec jam amplius vult hunc lœcum.

locum pristinum nomen retinere. Sed appellat eum Pniel, quasi diceres: Non debet vocari lucta, aut visio inferni, sed visio Dei. Ac propterea dicit: Vidi Dominum facie ad faciem. Jam clarè video luctatorem illum, qui me tentavit. fuisse Deum ipsum. Cur ita confertatus sum? Cur adeò irrepidavi? Nesciebam hunc esse Dominum Deum meum. Item pag. 495 pergit Lutherus: Iam sine ulla controversia virum hunc non angelum dicemus fuisse, sed Dominum nostrum Jesum Christum, æternum Deum, & futurum hominem, à Iudeis crucifigendum. Is fuit Sanctis patribus familiarissimus, saxeis eis apparuit, saxeis locutus est cum eis. Ideò tali forma se exhibuit Patribus, ut testaretur se aliquando conversaturum nobiscum in carne, & forma humana. Hec vera explicatio est, non à nobis inventa, aut ab aliis sumta: Sed Vir ipse sic manifestavit imponendo Jacob nomen Iraelis, & Jacob b. l. inquit: Vidi Dominum facie ad faciem. Ille ipse Dominus noster Jesus Christus tentavit Jacob, non ut perderet, sed ut confirmaret, & corroboraret; Utq; in hac pugna vim promissionis rectius disceret. Imò has vires & robur addidit Jacob, ut vinceret, & cum gaudio visionem Domini predicaret. Similiter angelum illum, de quo Jacobus ait Gen. XLIX. v. 16. Angelus ille, qui eripuit me ab omni malo, benedicat pueris istis, interpretatur Christum, Dei filium. Sic enim in laudatis modo enarrationibus super Genes. Cap. XLIX. p. 693. Col B. scribit: Mirabilis est vita sanctorum, mirabilis quoque oratio. Sicut hic angelum vocat eodem modo, quo supra post luctam dixit: Vidi Dominum facie ad faciem. Nam hic Angelus Dominus ille, sive filius Dei est, quem vidit Jacob, & qui mittendus erat à Deo in mundum, ut annunciassemus liberationem à morte, remissionem peccatorum, & regnum cœlorum. Et hic Angelus noster Goel, seu vindicta est, qui justissimo jure nos adserit, & vindicat à potestate Diaboli, qui obnoxius est Legi, propterea quod occidit Filium Dei, jamque lex & mors & Sathan coguntur obmutescere, ac vietas manus porrigit vice & triumphanti Christo.

Angelus Re-
demptor Ja-
cobi Gen. 48.

Theſ.

Thef. LXIII. Hæc constans Lutheri doctrina est de angelo increato, quæ in præsenti loco Esa. LXIII. de angelo faciei Dei diligenter notanda est. Neque enim aliud angelum hoc loco intelligit Lutherius, nec aliud intelligi potest. Quanquam enim angelus dicatur, propterea tamen creatus angelus aut vulgaris non est. Sed nec ex appellatione angelis faciei probari potest, quod sit minister Dei, ut hodie quidam contendit. Scribit ille in sua dissertatione Angelus facierum Domini idem est, quod angelus minister adhuc in conspectu Domini, ad accipienda & exequenda mandata promptus, Falsum; non idem est. Frustra & temere singuntur plures Dei facies. Quanquam enim sit pluralis numeri unam tamen Dei faciem denotat. Sed & perversissima ista glossa est, quæ & idiotismo linguae & textui repugnat. Sic enim verba sonant,

וְפָلָא בְּנֵי הַשִׁׁירָם בְּאֶחָדָר וּבְחַמְלָתוֹ חֲנָן אֱלֹהִים
ונתְרָם וּנְשָׁאָם כְּרִימָיו עַל־

Angelus faciei ejus salvavit eos, in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portavit eos, & tulit eos cunctis diebus seculi. Notanter dicitur, quod sit angelus faciei Iehovah, non quod stet coram Deo, seu minister promptus, nec propterea tantum, quod semper videat faciem Dei, & ab ejus jussu & nutu mittatur, sed ideo preprimis, quia est ipsa facies Dei. Exod. XXXIII. v. 14, 15. in qua Deus videtur a facie ad faciem. Genes. XXXII. v. 30. Est imago Dei & character persona ejus. Colos. i. v. 15. Ebr. i. v. 3. Notanter dicitur, quod angelus iste salvaverit populum suum, quodque in amore, sive propter dilectionem, & propter indulgentiam suam redemeris eos. Quod utique de nulla creatura, de nullo creato angelo, ullibi dicitur, sed Iehova Deus ipse est, qui salvavit populum suum per Dominum. Deut. 33. v. 29. ipse redemit populum suum ex mera dile.

dilectione. Deut. VII. v. 8. 9. Ipse loquutus est cum Mose in monte Sinai, & legem dedit. Exod. XIX. v. 3. cap. 20. &c. Notanter dicitur, quod portaverit Israelitas & tulerit eos cunctis diebus secubili, id quod filius Dei opus & beneficium est Exod. XIX. v. 4. Deut. I. v. 31. cap. XXXII. v. 11. Psal. LXXX. v. 1. & seqq. At filius Dei is est, qui cum Jacobo in Aegyptum descendit, & propter Abrahamum castigat Abimelech, idque in gratiam Saræ, cum Mose verò, quamvis homine, ore ad os loquitur, & in montem Sinai descendit, & populo latenter suā gratiā contra Amaleckitas auxilium præstat, ut verè docet S. Athanasius in Epist. de Synodi Nicene decretis contra Arianos pag. 357. Hic ipse angelus est, qui Jacobum ex omni malo eripuit. Gen. LXIX. v. 16. Hic ipse est, qui suos porrati in simi suo, ceu pastor agnos suos. Esa. XL. v. 11. qui deduxit Israelitas per deserta. Exod. XIV. v. 19. cap. XXIII. v. 10. &c.

**Photiniano-
rum Errores.**

Thef. LXV. Vanissima omnia sunt, quo in contrarium producuntur. Photiniani, Socinus in Reffensione ad cap. 6. Wink. Eniedinus in explicatione locorum, Ostorodus in institut. Schmalzius in Refutat. thef. Franz. disput. I. & contra Schopperum. Crolling lib. I. de uno Deo Patre, Völkelius, Stoenksi, Schlichtingius, & eorum complices, acriter contendunt I. Christum nullibi dici angelum. II. Eum qui apparuit Mosi, & deduxit Israelitas per deserta, legemque promulgavit, fuisse creatum. III. Dici Jehovah, & Deum Patrum nostrorum ob officium & personam quam gessit. Quia legatus, inquir, Eniedinus dicto loco, legant nomen & personam sustineat, non ergo mirum, si titulum Domini sui gerat, & habeat servos. At vero falsissima & vanissima omnia sunt, quæ cādem facilitate reiiciuntur, quā afferuntur. Non creatum, sed increatum fuisse angelum illum supra satis superque probavimus.

Thef. LXVI. Neque verò Dei personam repræsentat duntaxat, sed verè est ipse Jehovah, qui præsens alloquitur Mosen ex rubro ardente Exod. III. v. 4. 6. 11. quem præsen-
tēm

tem agnoscit & veneratur Moses, timetque respicere. *Angelus Mo-*
לְאֵלֹהִים *ibidem v. 6.* qui præsentiam suam immedia-*si apparens*
 tam signanter attestatur, confirmatque insigniter. *Exod. III. Exod. 3.*
v. 16. cap. v. 1. 3. 12. &c. tum proprio suo nomine, quo
 vult agnosci, celebtri, nec non discerni ab omnibus aliis
 fictis Diis. *Exod. III. v. 6. 13. 14. 15.* tum operibus verè divinis
v. 7. 8. & seqq. tum signis & miraculis verè divinis. *Exod. 4.*
v. 2. 3; tam promissis verè divinis. *Exod. IV. v. 11. 12. 15.*

Theſ. LXVII. Hic, inquam, iſte angelus eſt, qui Moſi ap-
 paruit, & revera Deus ipſe eſt, Dominus in rubo. *Deut. 33. v.*
16. Dominus Iſraelis, cuius furor dicitur accensus. *Exod. IV.*
v. 14. Cujus verba & signa Moſes refert, exponitque populo
Exod. IV. v. 28. 30. & contestatur ſe Dominum ipſum vidif-
 fe, visitatorem & redemptorem populi ſui, quem etiam pro-
 pterea adorant. *Exod. IV. v. ult.* Cui sacrificia juxta Dei
 voluntatem decernunt. *Exod. IV. v. 18. Cap. V. v. 13. &c.* Hic
 ipſe angelus Moſi in apparitionibus huic usque conspectus
 & populo annunciatuſ, eſt Dominus ille, qui porrò locu-
 tus eſt cum Arone ac Moſe, ac tot stupenda miracula fe-
 cit in Agypto, populumque Judaicum univerſum magna
 brachio tandem eduxit ex Agypto, & poſtmodum per
 deferta deduxit. *Exod. XIII. v. 21. Cap. XIV. v. 18. 19.* Hic ipſe
 angelus eſt, qui cum Moſe locutus eſt in monte Sinai, &
 legem dedit. *Exod. XIX. v. 3. 4. & seqq.* Hic ipſe angelus
 faciei Dei eſſe, qui populum Dei redemit propter amorem
 & indulgentiam suam, & salvat eos. *Eſai: LXIII. v. 9.* Errant
 igitur enormiter Photiniani ſive Sociniani, qui angelum
 illum de vulgato quodam creato exponunt.

Theſ. LXVIII. Similiter errant & Calviniani illi, qui
 eandem opinionem hærericorum Photinianorum tra-
 dere non verentur, ut pote *Calvinus, Oecolampadius, teſte*
Marlorato ſuper Eſaiam C. LXIII. Quorum autoritate ſetue-

ri conatus Schmaltzius dicto loco. At verò nos illis ope-
ponimus Socienos non ignobiles, *Jannium & Tremellum*
cum primis, qui super locum *Ef. LXIII.* rectius observant, do-
centque, quod hæc tota narratio in primis evidens (*Si qua in
V. T.*) sit ad confirmandam fidem Christiansam de uno Deo & tribus
personis. Similiter Johannes pescator in *commentarij*: su-
per hunc l. per angelum intelligendum esse asserit Christum,
quamvis male eum appellaret ministram causam
istius eductionis. Calvinista *Sobnius Tom. 2. operum in exeg.
in Augus.* *Confess. artic. 2.* Ex hoc ipso loco non obscurè
probat Trinitatem personarum divinarum. Etiam *Tossa-*
nus in notis ad biblia German. Heidelberg. Hunc angelum
faciei comprobat esse Christum. Et quid opus est multis?
Sicuti Vorstius, crassissimus licet Calvinista, in genere
fatetur in *Respons. ad part. 2. discept. Sladi.* multa fulcra,
Scripturæ scil. sacre testimonia, Trinitatis dogmati Cal-
vinum subtraxisse; Id imprimis etiam in hoc loco ab ipso
factum esse affirmare licet. Quin imò & ipse quoque Cal-
vinus audiatur, sive sibi ipsi, sive suis complicibus
contradicens. Sic enim commentator in *commentarij* super
Gen. C. XLIX. v. 16. *Necesse est*, inquit, *Christum intelligi*, qui
angeli titulo non temere insignitur, eu quod perpetuus fuerit
mediator. Et Paulus *1. Cor. X. v. 4.* testatur, fuisse angelum
illum, qui dux & præses itineris fuit veteri populo. Non-
dum quidem missus à patre erat, ut suscepit a carne nostra propius ad nos
accederes: Sed quia semper vinculum fuit conjunctionis hominum cum
Deo, nec aliter quam per ipsum Deus se olim patres fecit, merito vocatur
angelus. Similia habet in *V. cap. Josue.*

*Papistarum
error de an-*
gelo facie.

Theſ. LXIX. Præterea Papistæ non minus hic errant,
qui cum dictis hereticis, sive sectariis, idem statuunt, &
addunt insuper, angelum idum faciei Dei fuisse Michaëlem
archangelum, cui custodia populi Iudaici facit comissa, vel unum

ex

ex pricipuis illis septem angelis, qui coram facie Dei stant. *Tobie* XII. v. 15. *Apoca.* IV. v. 5. Quam in rem plurima differit Jesuita Sanctius in commentar: super Esaiam Cap. LXIII. Ego, inquit, hic maior subdolor. Constat septem esse angelos inter alios, ut apparet, pricipios, qui stano dicuntur ante faciem Dei. *Apoc.* I. v. 4. Gratus vobis, &c. a septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt. Et idem Cap. III. & V. quorum est numero fuisse Raphaalem, ipse testatur Tobie Cap. XII. v. 15. Ego sum Raphael, angelus unus e septem qui stamus ante Dominum. Ex his spiritibus nemo, credo, dubitat unum esse Michaelem, qui Synagoga & princeps erat, & cui populi Dei tutela credita.

Thes. LXIX. Eundem errorem hodierni novatores nonnulli non cupidè acceptarunt modò, & incautè ha-
ctenus defensitarunt, sed turpius quoque eandem causam perorare incipiunt, ita quidem ut statuant angelum illum faciei Dei nihil aliud significare, vi dictionis seu ratione loquendi, quam ministrum in conspectu Dei stantem, ut supra notavimus, sicuti id ipsum exemplo angeli Gabrieli probare conantur. Si enim hanc in rem in sua dissertatione sub fin. non nemo scriptitat. Dicit Gabriel, *Luc.* i. v. 19. Ego sum Gabriel, ο προερχόμενος ενώπιον της θεός, qui ad te in conspectu Dei, perinde est ac si dixisset, Ego sum Gabriel, angelus facie-
rum Dei. Sic etiam *Apoc.* IX. v. 2. Vidi septem angelos, qui adstant in conspectu Dei, parati videlicet iussa capessere, quibus data sunt sep-
tem tuba. Liber Tobie Cap. XII. v. 15. Ego sum Raphael angelus, unus e septem, qui adstant ante Dominum. Sed haec digna non sunt, quæ u-
berius excutiantur.

Thes. LXX. Immota constat sententia nostra, quod angelus faciei Jehovah sit verus Deus & æternus Dei filius, qui est imago inconspicui Dei. *Col.* i. v. 15. Sicuti enim *Heb.* i. v. 3. dicitur filius Dei χαράκτη τῆς ὑποστοσεως τῆς πατρὸς: Ita hic angelus faciei Jehovah sive Patris denominatur. Constat enim, quod Hebraum בֶּן utrumque significet, & faciem & personam, ut putet ex *II. Paralip.* Cap. XIX. v. 7. *Jobi* XXXIV. v. 19. & infinitis aliis locis. Sic hoc loco Filius Dei dicitur

Prae sententia de angelo angelus personæ sive faciei Patris: quia juxta explicatiō nem Epistolæ ad Hæbræos est χαρακτῆρις τῶν θεογόνων τῶν πατέρων. Quæ cum ita sunt, & spiritus sanctus quoque expressè nominetur, qui est *Jehova spiritus*, omnino exinde colligimus & concludimus, quod hic tres personæ divinitatis luculentē afflantur, quæ sunt I. Deus Pater, *Jehovah*, Dominus Deus noster. II. Angelus faciei *Jehove*, sive æternus Dei patris filius III. Spiritus *Jehovæ*, qui est spiritus S. uti in præsenti loco *Esaiæ* disertè ac ordine exprimuntur.

Theſ. LXXI Hæc de primo Veteris T. dicto, ex' quo in præsentiarum Trinitatem personarum divinarum demonſtrare ſuſcepimus. Alterum legitur II. Sam. XXXIII. v. 2.

dictum Davidis II. Sam. 23. Ubi Rex & Prophetæ David ſic loquitur: *Spiritus Jehova loquutus per me, & sermo ejus per linguam meam: dixit Deus Israëlis, mihi locutus eſt rupes Israëlis, Dominator in hominibus, iugis Dominator in timore Dei. Quem locum egregiè ac prolixè interpretatur B. Lutherus in comment. super hac ultima verba Davidis Tom. VIII. Jenensi Germ. pag. 149. Col. B. & seqq.* Cujus explicatio cum totam hanc causam mirificè illuſtret, expeditatque graviter, in ea nos merito acquiescimus, eamque omnibus bonis commendatam cupimus. Sic vero ibid. ſcribit: Hierwiſ David mir zu roſſenderlich werden / und zu hochfahren / Gott gebe / das ichs doch ein wenig erlangen m̄ge. Denn er ſehet hic an von der hohen Heiligen Dreifaltigkeit / Gottliches wesens zu reden. Erſtlich nennet er den Heiligen Geiſt / dem gibt er alles/ was die Propheten weiffagen. Und aufſt diesen und dergleichen Sprüche ſiehet S. Petrus 2. Pet. 1. Es iſt noch nie keine Weissagung aus Menschlichen Willen herſiebracht / ſondern die heiligen Menschen Gottes haben geredet aus Eingebung des Heiligen Geiſtes. Daher ſinget man in dem Artikul des Glaubens/ von den Heiligen Geiſt/ also: der durch die Propheten geredt hat / also gibt man nun dem Heiligen Geiſt/ die ganze Heilige Schrift und das äuſſerliche Wort und Sacrament

erament/ so unsere äusserliche Ohren und Sinnesröhren oder bewegen/ denn auch / unser Herr Christus selbst seine Worte dem Heiligen Geist gibt/ da er spricht/ Luc. IV. aus dem Elsaia LXI. Der Geist des HErrn ist auf mir / darumb hat er mich gesalvet etc. und Matt. XII. aus Elsaia XLII. Siehe das ist mein Knücht / den ich erwählet habe: Ich roll meinen Geist aufs ihn legen. Und Luc. I. Der Heilige Geist überschattet Mariam / führet sie / nimbt ihr Blut und macht sie schwoanger/ das der HErr heisst empfangen vom Heiligen Geist. Hæc B. Lutherus ibidem de persona Spiritus Sancti: Inde pergit pag. 141. Darumb sind diese Worte Davids auch des Heiligen Geistes/ die er durch seine Zunge redet / von zweien andern Rednern. Was redet er denn von denselben ? Er redet erstlich von dem Gott Israel/ der zu David gesprochen / das ist/ ihm verheissen habe. Wer nun Gott dieser Sprecher sey / wissen wir Christen aus dem Evangelio Johannis/ nemlich es ist der Vater/ der im Anfang sprach/ Gen. 1. Es werde Licht. Und sein wort ist die Person des Sohns/ durch welch Wort alles gemacht ist. Johann. 1. Demselben Sohn nennen der Geist durch David hie [¶] den Hora Israel / und gerechten Herrscher unter den Menschen. Der redet auch / das ist/ der Heilige Geist führet den Hora Israel ein/ das er auch rede / Also reden alle Drey Personen und ist doch ein Redner/ ein Verheisser/ ein Verheissung / wie es ein einziger Gott ist. Sic Lutherus ibi notat *tres distinctas personas Deitatis Et cum de Deo Patre lis nulla sit , de filio a. Christo Iesu quam maxime litigetur , ejus divinitatem prolixè adstruunt inseqq.* Des Sohns Eigenschaft ist es / ait Lutherus D. l. pag. 141. Col. A. Das er Mensch werden / ein HErr und Richter über alle Menschen und über alle Creatur gesetzet sey / wie Psal. XII. singet. Was ist der Mensch / das du sein gedenkest / und des Menschen Sohn/ das du ihm heimsuchest. Du hast ihm zum HErrn gesetzet über deiner Hände Werk/ alles hastu unter seine Füsse gethan. Noch sind nicht dreyerley Herrschafften/ oder drei Herrscher/ sondern ein Herrscher/ und eine Herrschaft/ die der Vater dem Sohne / ja dem Menschen und Menschenkind gegeben hat. Nun er aber diesen Menschen/ und des Menschen Sohn/ seine Ehre und Reich gibt/ nemlich/ alles was gemacht ist/ ihm unterwirfft/ wie ers selber unter sich hat/ so muss derselbe

78 Mysterium S. Trinitatis ex utroque Testamento affertam.

derselbe Mensch kein ander Gott noch Odhe sein / sondern der rechte
natürliche Gott / mit dem Vater und dem Heiligen Geist. Plura le-
gantur ibidem. Quæ nos discursui publico reservamus.

Theis. LXXII. Et ultime. Quartum denig; disputationis mem-
brum, quod supra constituimus, erat de necessitate hujus fidei, quam
hactenus ex utroque Testamento de mysterio S. S. Trinit. sive di-
stinctiarum personarum divinarum in uno Deo proposuimus. Hec
et. adeo necessario est, ut ea sublata, totus corruat Christianismus, &
universus Christi cultus divinus tollatur, nec non omnis fides salvifica
peccundetur penitus. Quod ipsum adversari quoq; simpliciter infi-
ciari non possunt. Hornejus, hic monet, **I** Hanc questionem possumus

Disput. IV. de institui contra illos, qui occulte favent Ante Trinitariis; Et quan-
Trinitat. per. quam mysterium illud Scripturis omnino contineri faciliuntur, ad eas ta-
son, in divin. men referunt, que sine dispensio salutis vel prossus ignorari, vel aliter
sunt. **I. n. IX.** atque alter credi possunt, quæ proxima ad novum illum Photinia-
nissimum via est II. Totius questionis principium cardinem in eo verti,
an vera & essentialis divinitas Filii Dei credicu necessaria sit: sicut n. no-
vi Samosateniani ideo eum nudum hominem esse statuunt, & Spiritum
S. vim tantum ac virtutem Dei, tum ne plures in una Deitate personas,
tum ne duas in una Christi Persona naturas admittant, adeo ut ad fidei adi-
vinitatem illa filii tota barefis corruat: ita quoque si istius capituli fidem
ad salutem necessariam esse ostendatur, necessitas totius mysterii
sufficienter adstricuta fuerit. Ratio manifesta est: nam ut Photiniani
ipsi admissi duabus in una & singulari Deitate distinctis personis, non
habent, quod de tercia ligent, divinitatem item Filii concessa, incarna-
tionem & satisfactionem ejus sollicitare vix amplius possunt; ita nec eo-
rum proxeneta, si & obatum fuerit, sine fide divinitatis Filii ad salutem
non perveniri, causas habent, cur idem per Persona Spiritus S. non conce-
dant. Hac ille. Ex quo ous nos hac vice illud salte noramus, quod af-
fert, viam parare Antetritinariis & Photinianis illos, qui statuunt
mysterium Trinitatis sine dispensio salutis ignorari vel aliter
credi posse. Non absimiliter differit Latermannii Præfes, Calixtus,
in disputat. de myster. S. Trinitat. Quæ vero illi ad N. T. restrin-
guunt, non ad V. quoq; T. referenda centemus. Sed eam cau-
sam alibi fusius persequemur.

SOLI DEO GLORIA.

501 A 6592



Vd 17

1380.



B.I.G.

FIDES CATHOLICA

DE

MYSTERIO SS. TRINITATIS; SIVE TRIVM PERSONARVM

DIVINARVM IN VNO DEO,

Ex utroque Testamento, tam Vetere quam Novo,

Luculenter ac firmiter demonstrata,

Nec non

Ex omnibus seculis primitivæ Christianæ Ecclesiæ
comprobata,

ut &

Ab omnivariis hostibus vindicata.

Quam

Auxiliante DEO,
In Solenni Disputatione,

PRÆSIDE

PAVLO ROBERO S. THEOL.

D. & P.P. Pastore & Superint. Witteb. Consistor. Eccl. Affes.

ac Facult. Théol. hodiè Decano, &c.

ex sententiâ & sub moderatione PRO DECANI,

PRO LICENTIA

Supremos in Theologia honores gradumque DOCTORIS
imperandi & consequendi,

publicè proponit, defendet,

M. JOHANNES ANDREAS QUENSTEDT,

Quæd. S.S. Theol. Professor Extraordinarius & Col-

legii Philos. Adjunctus

In Auditorio Majori THEOLOGORUM,

ad d. 16. & 17. Jauarrii, An. 1650. horis antemeridianis.

WITTEBERGÆ

Typis Johannis Röhneri Acad. Typogr. An. 1702.